
ISIDORI
CLARII FVLGIN.
EPISCOPI

Sententia de Iustificatione hominis, in cõuentu Patrũ Tridentini Concilii, dicta.






VENETIIS M. D. XLVIII.

ISIDORI CLARII FVLGIN.

Episcopi sententia de Iustificatione hominis, in conuentu Patrum Tridentini, concilij, dicta.



Nceps me admodum tenet cogitatio Patres amplissimi, qua mihi potissimũ ingrediendum sit uia, de hominis iustificatione uerba facturo: à qua omnes huius turbulentæ ætatis controuersiæ proficisci uidētur. Nam cum ante me tot eruditissimi theologi, & hæc sapientissimorum patrum corona & doctè et copiosè dixerint, neq; tamen adhuc satis inter eos conueniat, dũ desudant inquirendo, qualitates, habitus, dispositiones, quæ iustificationem præcedunt, tum propinquiores, tum quæ magis distant: item terminos quos uocant, et à quo, & ad quẽ indiuisibile præterea illud & momentum, quo fit iustificatio, et quo pacto ab iniustitia ad iustitiam fiat transitus, tanq̃ à somno ad uigiliam, cæteraq; huius generis nonnulla: quid ego ad ista, si temeritatis crimen effugere uolo, polliceri possim, me maiore cum utilitate dicturum non uideo. Illud etiam admirationem mihi facit magnam, cur, cum Seruator ipse Dei filius iam mille quingentos & eò amplius annos, hanc è cœlo attulerit iustificationem, atq; ita latè patere uoluerit, ut non sapientes tantùm uiri, sed pueri etiam ac mulierculæ intelligere eam possent, nunc, ita obscura sit eius agnitio, ut ipsa, quæ huc cõuenere christiani orbis lumina, inuenire illam uix maximo adhibito labore, posse uideantur. Quare tanta in re tantiq; ponde-

ris seruanda est consuetudo medicorum; qui in curandis morbis prius morbi causam quærunt, q̃ aggrediantur curationem: ne pro salutaribus remediis perniтiosa adhibeant medicamenta. Huius ergo rei causam esse coniecto, quòd illud in hac parte accidit, quòd usu ueniret ei qui de mathematicis disciplinis tractare decreuisset, ea tamen lege, ut ipsa earum principia prætermitteret, hic nimirum quò expedire se magis uellet, in plures se indueret laqueos. Non dissimilem in modum nos in has incidimus difficultates, propterea q dum ab humana sapientia acceptis rationibus uti uolumus, ijsq; nimium adhærescimus ac fidimus, obliti sumus nos piscatorum esse discipulos, qui suis in disputationibus solebant spiritualibus spiritualia comparare, quemadmodum ipsi profitentur, & tãtum abest, ut laxarent habenas humanæ intelligentiæ, ut etiam dicerent, se uelle in captiuitatẽ agere omnem intellectum ad obediendum fidei. quòd quia nos dedidicimus facere illud est consecutum, ut non solùm hæc de Iustificatione materia: uerùm etiam omnia, quæ in Christiana philosophia præcipua sunt, hac ætate & facta sint obscurissima, & maximo cum populorum damno tractata sint. Quòd quia multum ad hanc causam & ad secuturas etiam cognoscendas pertinet, attente, queso, audire ne grauenimi. Habet Christiana professio quędã inprimis, quibus philosophia illius omnis constat. Ea uerò sunt Fides, Iustificatio, Rectè facta, Gratia, Libertas arbitrij, hæc multis ab hinc annorum millibus diuina oracula ita prodiderunt, ut ea uetus quidẽ lex per Mosen Hebræis tradita subobscurius quidem, sed tamen acutius intuentibus demonstrarit: Noua uerò atq; euangelica tam apertè protulerit, ut quæuis pie

tate præditæ mentes ea non multo negocio, quæ saltem ad salutem sunt necessaria, per se queant intelligere. Accesse*runt è toto penè dicam orbe uiri doctißimi, qui sua & eruditione & pietate, si quid superesset offendiculi, ita uiam complanauerint, ut uel cæci tutò ingredi possent.* Nunc ea*dem ipsa post tam multa sæcula, tot adhibita lumina, periude in controuersiam uertuntur, atq; obtorto collo ad tribunalia, unde iam dudũ recesserant, protrahũtur: quasi nunq̃ de iis superioribus sæculis fuerit disputatũ. id uerò quanta cum utilitate fiat, considerate.* Fides *hoc tempore ita infidè atq; adeò perfidè tractatur, ut fructus omnis, qui proficisci ex fide solet, interea amittatur.* De Iustificatio*ne, quæ nunc præ manibus est, tanta animorum contentione homines digladiati sunt, ut uideatur metu horũ gladiorum misera delituisse, ut ubi nam gentium sit, non facile inueniatur. hanc ea tractarunt dexteritate, ut ex iustis iniquos, ex piis impios effecerint.* Rectè facta *tam crudeliter ac rabidè exagitata sunt, ut hæc ætas sibi uendicare sola poßit, quod nunq̃ post conditum orbem uenit antea in dubitatiõem, ut scilicet inquiratur, num* Rectè factis *dãda sit opera, num ea, quæ iustè atq; honestè fiunt, boni an mali potius appellatione sint dignanda.* Gratia *uerò tam ingrati sumus, ac de ea ita parum gratè uerba facimus, ut ipsam ad laxandas in omnia scœlera habenas populis proponamus, eoq; rem deducamus, ut Christum Dei filium, qui hãc unam ob causam sese ad nos demisit, ut essemus sancti & immaculati coram eo: omnis licentiæ atq; intemperantiæ patronum constituamus.* Liberum *deniq; quemadmodum est hactenus appellatum, arbitrium hominis ita in discrimen uenit, ut uel libertatis nomen*

seruitutis appellatione mutetur, uel certè anceps sit cogitatio, utrum illud habere, nec ne, utilius fore hominibus, sit statuẽdum. ita uerum apparet uetus prouerbium, Nimium altercando amitti ueritatem. Hæc ipse apud me reputans, uidensq; me, si hanc eandem tenere uiam uoluero, multum nimis, & frustra fortasse, laboraturũ: cogitaui, crassa agere minerua, atq; eo uti modo, qui piscatorũ discipulos decet, si forte ista iustificatio inermẽ intuita me, posito tandem metu, aliqua sui inueniẽdi uestigia præbeat. Vtar uerò ijs et uerbis & sensibus, quæ si ijdem ipsi Christianæ philosophiæ duces piscatores adessent loquẽti, possent intelligere: qui cum fuerint in hac professione omniũ eruditissimi, si quid à me pferretur, quod ipsi minime essent intellecturi, id totum ad Christianam facultatem non pertinere, & mihi persuadeo, & cupio unicuiq; nostrum esse persuasissimum. Tres in hac de iustificatione materia considerandi propositi sunt hominum status: eorum uidelicet qui adulta iam ætate sunt, nam de infantibus, qui nullo adhuc rõnis usu sunt præditi, alius erit dicẽdi locus. Inter hosce tres status, quorũ omnium suo loco fiet mẽtio, Primus est, ubi quis tunc primùm ad fidem in Christum accedit. In quo quæritur inprimis, quomodo ad eũ merita Seruatoris ipsius Christi applicentur. Qua in re, quando non tam eruditis uiris ista prouidentur, q̃ infinitæ ac imperitæ multitudini, et secuturis etiã seculis omnibus, censeo prius declarandũ, & sacræ scripturæ auctoritatibus ostendendum, merita ipsa ad iustificationem adiungi nobis, deinde docendum, quo id pacto fiat. Quòd autem his opus sit meritis, ipse Seruator admonuit, cũ dixit, Venit filius hominis dare animã suam redemptionem pro multis, aliter fru

ſtra mortuus eſſet Chriſtus, ſi illius meritis, cum ſumus iuſtificandi, non eguiſſemus. Quã ob cauſam & alio loco dixit, Sic deus dilexit mundum, ut filium ſuum unigenitum daret, ut omnis, qui credit in illum non pereat, ſed habeat uitam æternam. alioqui uidelicet periturus, neq; uitam habiturus æternam. Huius aſſertionis Apoſtolicæ plenæ epiſtolæ ſunt, & eas auctoritates, quæ ad hoc faciũt, apud eruditiſſimos, ut uos eſtis, proferre non eſt neceſſarium. quare ueniam ad id, quod à uobis inprimis poſtulatur, quo uidelicet modo huic homini, qui recens ad fidẽ accedit, Chriſti merita ad iuſtificationem apponantur. dicimusq; id per fidẽ agi atq; baptiſmum. Qui.n. crediderit (inquit) et baptizatus fuerit, ſaluus erit. Fidem autem hanc eam accipio, quam deſcribit Paulus, cum ait, In Chriſto enim Ieſu, neq; circunciſio aliquid ualet, neq; præputium: ſed fides tantum ne? imò uerò, quæ operatur per charitatem. Si.n. quemadmodũ Iacobus ait, fides ſine operibus mortua eſt, quid uiuum & efficax à re mortua eſt expectandum? neq; mihi quiſpiam nũc ſcrupulum inijciat, Apoſtolum eo loco ſignificare eà rectè facta, quæ ab iuſtificato iam homine fiunt, nam latius hoc patet, atq; in quouis hominis ſtatu uerum eſt, fidem ſine operibus eſſe mortuam, chriſtianãq; fidem nunq̃ bonis operibus eſſe deſtitutam, quod alio huius orationis loco fortaſſe faciam apertius. nunc pergamus reliqua, & quod deinceps à uobis Patres poſtulatur, explicemus. Quid uidelicet in hac iuſtificatione faciat Deus, & quid requiratur ab homine. Primùm ſi quid Deus in homine iuſtificando faciat, ſcire uolumus, cogitemus, quid in illis agat nobiſcum rebus, quæ intra naturæ noſtræ terminos continentur. in quibus ſi ita egemus Deo, ut in ipſo ui-

uamus (sicut scriptum legimus) & moueamur & simus, quid in iis fiet, quæ naturam omnino nostram superare est compertissimum? omnia ergo opera nostra (ut ait Propheta) deus efficit in nobis, nec tamen iccirco ociosis esse nobis licet: sed illud requiritur ab homine, quod uni ex omnibus animantibus homini diuino munere datum esse, non solum sacræ literæ nostræ, uerum & externi etiam philosophi, atq; adeò poëtæ ipsi profitētur. id autē est, Libertas quæ uocatur arbitrii, ut oblatis à Deo donis homo assentiatur eaq; non auersetur, alioqui audiet Sapiētiæ increpationem, quæ aduersus contemptores quæritur in hæc uerba; Quia uocaui, & renuistis, extendi manum meā, & non fuit qui aspiceret, destruxistis omne consilium meum, & increpatiōes meas neglexistis: ego quoq; in interitu uestro ridebo, & subsannabo, cum uobis id quod timebatis aduenerit: Neq; est quòd miremur, qui fieri possit, ut, cū Deus efficere omnia in nobis dicatur, efficere & nos aliquid dici possimus. nam diuina actio eam uim habet, ut, dum in nobis agit, non solum id quod nostrum ac in nobis est, uel auferat uel corrumpat: uerùm etiam illud roboret, atq; aptius ad agendum reddat. quod corporeis exemplis facilius patebit. Cernimus cœlum ipsum inferiores motus ita ciere, ut sine illo motu, ne mea quidem, qua ad loquendum utor, lingua moueri posset, quam tamen linguā ego moue re dicor, quamuis ipsius motus uim è cœli motu pendere fateamur: neq; dicimus tamen cœlum, sed memetipsum linguam meam agitare, ac mouere. Exemplo item sit ignitū ferrum, nam ubi igni ferrum canduit, & si tota caloris ratio ab igne proficiscatur, solemus tamen frequentius dicere, ferrum illud ignitum & candens adurere, q̄ ignem il=

lum;qui in ferro est similimè. Cõfitemur quidem oẽm agẽdi facultatem diuinæ gratiæ acceptam esse referendam, nec propterea tamen ea ipsa, quæ, agente in nobis eadem gratia, agimus, nostra etiam appellare prohibemur. Quã ob causam Seruator ipse, cum diceret, sine me nihil potestis facere, seq; uitem appellasset, nos palmites, in quos ab ipsa uite succus ac uigor omnis emanaret: non dixit tñ uitẽ in palmitibus, sed palmites ipsos, qui in uite manerent, multum fructum allaturos. Et hæc quidem breuiter de libertate nostra, quæ à dei gratia iuuatur potius q̃ tollitur, sint dicta. nam expatiari liberius, quemadmodum à nobis alibi factum est, huius loci ratio non sinit, quare ad id quod deinceps propositũ est, ueniemus. An scilicet Rectè facta ad hanc Iustificationem faciant et quando facere illa quidem & superius cum Pauli tum Iacobi auctoritatibus demonstrauimus, & post paulò etiam nihilominus sumus demonstraturi, quare ad illud potius respondebimus, quando id accidat, ut ad iustificationem faciant. dicimusq; illa toties facere quoties ipsa agit cœlestis gratia quod adeò sic cognoscite, præuenit impium adhuc hominem gratia, occultoq; illapsu impiæ illum ac flagitiosæ uitæ admonet: is, si proximè ad iustificationem accedere uult, continuo motũ illius gratiæ sequitur, incipitq; resipiscere, iudicium Dei formidare, quem omnium & inspectorem & iudicem credit, non desperat tamen: sed incomprehensa eius incipit fidere bonitate, cæteraq; agit, quæ à multis iam ex patribus præcedere iustificationem dicta sunt. Eadem quoq; opera dum fit in homine iustificatio, neq; enim uelim à me expectetis, dum uobis explicem subtilius transitum illum, qui ab iniustitia ad iustitiam fit, nam re-

ete quidem ex his patribus cum cerneret in hac huius materiæ tractatione multa ab externa philosophia peti, quæ eam obscurarent potius, q̄ lucis aliquid afferrēt, in familiari congresso dixit mirari se, siquis ex abstrusis hisce ac diuinis adytis expedire se posse sPararet: cum labo rent philosophi, quando transitū illum, qui à somno fit ad uigiliam conātur explicare. Eadē ergo opera, dum iustificando Deus hominem innouat interiorē, à iustificante gratia non sunt separata. nā si Christiani hominis opera ab illis Iudæorū Ethnicorumq;, quæ tantùm æstimabantur cū extra prodiren, quemadmodum heri quidam ex his patribus sapienter admonuit, prolata etiam ex Aristotele sententia, si inq̄ nostra opera diuerso à nobis q̄ ab illis modo accipiantur, ut prima præcipuaq; eorū uirtus intrinsecus petatur, profectò cum remittūtur homini peccata, & interior innouatur homo (hoc enim est iustificari) nō potest tunc anima pulcherrimis cogitationibus, quæ uerè sunt rectæ facta, quæ & bona opera uocamus non esse grauida. quæ eadem opera & post iustificatum hominem eandem ipsam gratiā, uelut indiuiduæ comites sequuntur, & cum ea agente simul agunt: neq; enim in homine tanq̄ in stipite agit gratia, sed cum ea duntaxat ratione addita sit, ut in recta honestaq; facta incumbere uolentibus sit adiumēto: tūc demùm, aut potius tūc solū uires suas depromit, cum ei operanti cooperari uoluerimus. Postremum quod in hoc primo hominis statu & conditione quæritur, est, quid sit ipsa iustificatio, et quo pacto sit intelligendum, hominē iustificari per fidem, ex ijs, quæ dicta hactenus sunt, ita definire possumus, ut iustificatio sit, innouatio interioris hominis, dum ei per fidē in Christum remittuntur pec

cata, & charitas dei in cor illius per spiritum Sanctum effunditur. Hominē uero iustificari per fidem, quo sit intelligendum modo, recte ac sapiēter admodum quęsitum est, quando horum morborum pro cuiusq; stomacho facta interpretatio, multis erroribus uiam aperuisse hac nostra ætate uisa est, atq; etiam in ipsis nascentis ecclesiæ exordijs ferunt uetustissimi auctores fuisse multorum sententiā, quæ & nunc fuerat excitata, nos sola fide in Christum seruari, qualiscunq; uita nostra foret. Conabor ergo similitudine ante oculos ponere, cur fidei ascribatur iustificatio: quæ tamen fides sine recte factis nullam ad iustificationem adipiscendā habere uim posit. In lege, quæ à Deo per Mosen data est, præcipitur, nequis sanguine uescatur, propterea quod anima, hoc est uita hominis in sanguine sit. uitam ergo hominis in sanguine esse, nihil est aliud q̄ hominem per sanguinem uiuere: neq; enim aliter quenq̄ uestrum opinor esse interpretaturum, uiuit igitur homo per sanguinem, quo tandem id pacto? dum uidelicet ab ipso cordis cōceptaculo per uenas in omnes corporis partes membraq; diffunditur: quæ corporis membra, nisi essent in quæ reciperetur, non solùm uitam homini non præberet, uerùm ne ipse quidem uitale quippiā in se habere posset. Hāc nos similitudinem rei propositæ accommodemus. Iustificari per fidem hominem dicimus, quemadmodum eundem hominem per sanguinem uiuere, & sicut necessaria sunt corporis membra, ut non tam uiuat homo per sanguinem, q̄ sanguis ipse uitale aliquid sit, atq; habeat: sic in hac parte accidit. conflatur enim quoddam ex uirtutibus corpus nō minori arte compactum, suisq; membris non minus distinctum, quàm externum hoc, quod carne & ossibus constat.

utper hoc corpus fides ueluti sanguis diffunditur, huic corpori uitā præbeat, nulla.n.facta, si fides amoueatur ui uidū quid habent aut efficax, quando Apostolica auctorita te admonemur, fieri non posse, ut sine fide quisq̄ placeat Deo. et tamen hic fidei sanguis, nisi quemadmodum in illo corporeo sanguine usu uenire diximus, per uirtutum corpus diffundatur, & in illis ac per illas ueluti membra, & ipse, ut sic dicam, uiuat; non solū uitam uirtutibus ac rectè factis præbere, sed ne ipse quidem uiuere poterit. Quare apposite beatus Iacobus fidem dixit sine operibus esse mortuam, tanq̄ nimirum extra corpus & uenas ipsum sanguinem. Dicimus ergo iustificari hominē per fidem, nō quòd solitaria unq̄ hæc, de qua loquimur, fides, & ab operibus seiuncta esse aut assequi sola quicq̄ possit, sed propterea, quòd tāq̄ sanguis corpori, quod sæpe diximus: sic illa rectè factis nostris omnibus necessariò immisceatur, ut iustificationem à Deo assequi liceat. Quemadmodum uero nō propriè dixeris, sanguinem uitam afferre homini, sed animam per sanguinem, nam quod scriptum est, animā hominis in sanguine esse hebraismus est, ut anima pro uita accipiatur, ut scilicet uitam accipiat homo ab anima per sanguinem: sic nunq̄ rectè ac propriè dicas, fidem iustificare, sed gratiam ac misericordiam Dei, quæ per fidem accipitur, hanc afferre iustificationem, ut quod in exteriori homine efficit anima: id in interiori agat gratia, ut si par pari referre uelis, gratia animæ fides sanguinis, iustificatio uitæ uicem gerat. Et quemadmodum per sanguinem anima uitam corpori præbet: sic gratia per eam, quam diximus, fidem, iustificationem homini subministret. His animaduersis non ita multo negocio catholicæ ueritatis aduersariis

respondetur qui uolunt sola nos fide non etiã charitate iustificari. nos enim contradicimus, nos, si propriè sit loquendũ, neq; fide, neq; charitate, sed una dei iustitia in Christo nobis impertita, iustificari, quæ tamen iustitia tum fide tũ & charitate recipitur, nam utrũq; reperimus à Seruatore dictum, & Fides tua te saluã fecit, & Remittuntur ei peccata multa, quoniam dilexit multũ. neq; enim placere mihi ullo modo potest, quod unus è Patribus, quem sanè, ut & doctissimum & nostri amantissimum amo & reuereor, dixit, inuertendam esse sententiam, & dicendum, Dilexit multum, quoniam remittuntur ei peccata multa, nam hoc nimis est uiolentum, neq; ferendum ullo pacto, ut tam ingens uis scripturæ sacræ adhibeatur, & tanta aperiatur fenestra iis, qui inuertere diuina eloquia consueuer. Nec temerè tamen uir doctissimus in hanc uenit sententiam, cum in ipso historiæ contextu inueniat, quod pro se facere uideatur. Primum quòd dictum prius sit, illum fœneratorẽ donasse utriq;, hic uerò remittuntur peccata non gratis, sed propterea quòd dilexerit, deinde quòd dictum sit plus diligere, cui plus sit donatum & paulò inferius, parum diligere, cui parum remittitur: sed tamen non ob hanc causam tam monstruosa inuersio fuerat facienda. nã quod dicit, illum donasse, uerum quidem est, nam legimus, donũ Dei esse uitam æternam, quæ tamen & dilectione et rectè factis dari prædicatur. Quòd uerò ad alterã rõnẽ ptinet, sensus totius rei potius q̃ singula uerba sunt consideranda alioqui & hic & pluribus scripturæ sacræ locis in multos nos induemus laqueos, è quibus non facile poterimus expediri. Hic ergo cogitandum est, quid Seruator Christus uoluerit, nempè ut intelligeret Pharisæus, quam ob causam

peccatricem mulierem tam benigne acceperit, eiq; ueniam præbuerit: quód uidelicet magna scelera sua, & tanto debito agnito, magis creditori suo spe remißionis, fuerit affecta: at is, qui minus hoc agnoscit, ut erat pharisæus, minus se debere existimat, atq; iccirco minus diligit: itaque dignus est, ut minus diligenti minus remittatur. Sed à quo maiorem quis gratiam expectat, magis etiam diligit, & eò amplius diligenti plura etiam remittuntur. In hanc sententiam uidetur facta conclusio, cum dictum est, Remittuntur ei peccata multa, quia dilexit multum: cui autem parū remittitur, parum diligit. alioqui inueniri potest generosus animus, qui in exigua uenia plus diligat, quam alius in magna. Sed euangelista dum breuiter multa concludit, uisus est in conclusione hac obscurior, cum dicendo, remittūtur ei peccata multa, quia dilexit multum, causam remißionis ponit dilectionem: per id uerò, quod addit, cui autem parum remittitur, parum diligit, causam dilectionis facit remißionem. Quòd si inuertere sententias (quod ego sanè minime probo) omnino libet, quid me prohibebit, dum hāc meam seruem, illas inuertere, quæ huic esse uidentur impedimento: nam quod uisus est in coniunctione illa, Quoniā, philosophari, et occasionem accipere ab usu scripturæ quæ etiam illa particula, ut nouo quodam utatur modo, hoc nihil uero consentaneum secum habet, longeq; diuersa est ratio utriusq;. Sed eò reuertendum est, unde fueramus digreßi, dicebamus, hanc iustificationem in sacris literis & fidei & dilectioni ascribi, quando utraq; illam Dei gratiā, qua iustificamur, æquè recipit. quod uerò apostolus aliquoties, presertim ad Romanos & Galatas scribens, identidem repetit, iustificari nos fide, hoc necesse fuit Paulo facere ad

aboliendam Iudaicam illam iustitiam, quæ legis operibus nitebatur, ut crederet eam iustitiam gratis donari per Christum, in quo uno Deus nobis facta nostra gratis ad iustitiã imputat. Nunquã enim si diligenter peruestigemus, inuenietur Pauli ætate quæsitum, quid rectè facta & quæ ipse uocat opera iustitiæ, faciant ad iustificationem, neq; cũ dixit, non ex operibus iustitiæ, quæ nos fecerimus, saluos nos fecit, id ipsum uocare in dubium uoluit, sed solum docere, tantam benignitatem à Deo profectam, non propterea quòd in hominibus repererit quippiam boni, quo eis afficeret: sed sola misericordia eius totũ id nobis cõtigisse. Hæc itẽ cogitatio facit, ut Apostoli duo Paulus et Iacobus, qui penitus cõtrarii inter se uidentur, maxime sint cõcordes. nam Paulus, cum inquit, Abraham si iustificatus est ex operibus, habere gloriam, sed non apud Deum, intelligit opera legis, quibus iustus apud homines apparuit, qui cernentes illum circuncisum ex dei fædere, quod cum illo pactus erat, intelligebant charum esse uirum illum deo. nam manifestum est, totam illam disputationẽ eo pertinere, ut ostendat Paulus, opera legis, quorum præcipua erat circuncisio, non esse ad salutem, uel iustificationem necessariam. non ergo illic disputatio erat de rectè factis, quibus iustificamur apud Deũ. At de his Iacobus loquitur, quod apertissimè significat, cum loquens de Abraham, non meminit circuncisionis, ut Paulus: sed de egregio illo facinore, cum obtulit Isaac filium suum. Quod ergo ait apostolus Paulus, iustificari hominem ex fide, eam nimirum fidem intelligit, quæ per dilectionem operatur; hoc est, quæ sine operibus esse non potest. Cum uero Iacobus dicit, ex operibus Abraham fuisse iustificatum, uide, quæ opera dicat,

nepe quæ fides ipsa exerit. quo.n. pacto sine maxima fi Abraham offerre potuisset filium illum suum unigenitū, maximeq; dilectum? itaq; ambo re ipsa concordes sunt, quanq̃ uerbis discrepare uideantur: cum uterq; fidem & opera simul iungant, cum de uera & secundum Deum iustitia loquutur. Et uidete, ut pulchre rem hic Iacobus explicet. nam sequitur, uides, quod fides cooperabatur operibus eius, & ex operibus fides consummata est? quibus uerbis admonet, tum demum opera nostra esse grata Deo, cum illis hæc fides cooperatur, uicißim uero fidem placere, cum ex talibus operibus consummatur. Quod quanq̃ apertum sit his uerbis, quid uelit, ut tñ oēm tollat dubitandi occasionē, addit, et impleta est scriptura, quæ dicit, Credidit Abraham Deo, & imputatum est illi ad iustitiam. Non ergo negat, etiam ex fide iustificatum esse Abrahā, neq; dat omnem iustificationem operibus: sed docet, non solam sine operibus fidem iustificare, quod idem est cum uerbis Pauli, quibus proponit fidem, quæ per dilectionem operatur, qua proculdubio iustificamur. Et satis quidem hæc erunt, si non pro rei magnitudine ac dignitate, certe pro loci ac temporis conditione ad ea, quæ primo loco fuerūt proposita. Quare ad alteram partem transeundū est, quem alterum hominis statum esse uoluistis. ubi quæritur, Quibus modis iā iustificatus homo debeat ac poßit acceptam Iustificationem conseruare, & in ea fideliter se exercens proficere, quibus item modis renatus in spem gloriæ filiorum Dei tandem ipsam gloriam consequatur. Hæc cū plura sint, quæ simul postulantur, sigillatim his suo ordine respondebimus. & quemadmodum in eo, quod primo fuit propositum, diximus, asserendum prius esse, Christi meri-

ta ad

ta ad Iustificandum hominem esse applicanda, quàm quæratur quo pacto applicentur, sic & multò magis hoc loco ob recens ortas hac ætate opiniones idipsum est faciendũ, ut prius affirmemus hominẽ & debere, & posse dare operam, ut acceptam iustificationem conseruet: deinde peruestigemus, quo id pacto fieri posit, & debere quidem nos omni studio incumbere, ut tantam rem conseruemus, uel ratio ipsa cõmunis admonet, quando uulgaris sententia est, non minoris esse operis, ac uirtutis tueri, quæ iam parauerimus, q̃ ea acquirere: sed cum diuinis scripturis inniti debeamus, si non infinitis penè locis id admoneremur, satis esset illud in Apocalypsi documẽtum, Tene quod habes, ut nemo accipiat coronam tuam. Quid. n. est admonere, ut quis id, quod habet, teneat, nisi ut curet cõseruare quod est assecutus? q, si non idem ipsum etiam posset, quid attinuerat id admonere? nisi uerò etiam id præstare & deberemus & possemus, non adhortaretur nos Paulus, cum sæpe alibi, tũ ubi ait, Obsecro uos, ne in uacuum, gratiã Dei accipiatis. Quid aũt est aliud gratiã Dei in uacuũ accipere q̃ id munus, qd' adeptus sis, ob incuriã ac incogitãtiã amittere? Possumus ergo ac debemus acceptã semel à Deo iustitiam toto pectore incũbere, ut conseruemus. Quo uerò fieri id pacto posit (hoc. n. quæritur) admonent nos diuina oracula, quibus primũ docemur, ut semp à Dei auxilio ac gratia pendeamus: nã Sine me (inquit) nihil potestis facere, Q d' si nec cogitare quidẽ aliquid à nobis, quasi ex nobis ex Pauli sentẽtia idonei sumus, quid tandẽ est uel exiguum uel magnũ, quod humana imbecillitas p se posse, sibi audeat polliceri? deinde hac freti gratia ppetua & duce & comite, id cogitemus esse à nobis faciẽdum, qd' Pau-

lus ad Corinthios scribens dicit, Nescitis, q̃ ij, qui in stadio currunt, oẽs quidem currunt, sed unus accipit brauiũ? Sic currite, ut cõprehendatis. Nõ oẽs (inquit) propositũ præmiũ accipiunt, ꝓpterea q̃ nõ ita currunt, ut cõprehendãt, nõ.n. coronatur, ut alibi dicitur, nisi qui legitimẽ certauerit. Vbi.n. qs primũ Christo nomẽ dedit, athleta fit Christi: sed ubi quis inter athletas ascriptus est, non continuo præmiũ est assecutus: Sed præstet oportet id, qd' addit, idẽ Paulus, omnis.n. inquiens, qui in agone contẽdit, ab omnibus se abstinet, qd' suo ipsius exẽplo roborans ait, ego itaq; sic curro, nõ quasi in incertũ, sic pugno, non quasi aerẽ uerberãs, sed castigo corpus meũ, et in seruitutẽ redigo, ne cũ alijs prædicauero, ipse reprobus efficiar. Castigabat corpus Paulus, qd' mea ipsius anima magis erat spiritale, et audebit quispiã dicere, non esse homini assidue desudandum? quare uel ex hac auctoritate facile refelluntur eorũ imposturæ, qui cẽsent, ubi semel se quis Deo toto corde obtulit, crediditq; Deũ illum in se recepisse, fœdus illud nũq̃ dirũpendũ, neq; posse hunc posthac unq̃ ad æternos ignes relegari. Illud quoq;, qd' quidam insane somniãt, nõ oportere, eũ, qui prædestinatus à Deo ad cœlũ sit, quicq̃ laborare, uiuat.n. securus pro libidine, nã illum omnino esse seruãdũ: neq; intelligunt miseri, Deũ ipsum in sua prædestinatione nõ solũm finẽ illum seruãdi hominis, ad cõsentanea ẽt illi fini media cõprehendisse, ut omnino rectẽ factis semp dãda sit opera: qd' nisi esset necessariũ, nõ admonuisset suos Petrus, cũ dixit, Magis satagite, ut firmã uestram uocationẽ et electionẽ faciatis. nã seruãdis cõditio ꝓponitur. Si spiritu (inqt) facta carnis mortificaueritis, uiuetis: et, Vos amici mei estis, si feceritis, quæ præcipio uobis, et, Qui ꝑseue=

rauerit usq; in finē, hic saluus erit. quæ pseuerandi uirtus si certa ac tuta nobis esset, nō diceret, Qui stat, uideat, ne cadat. Et, Cū timore et tremore uestrā ipsorū operātes salutē. His ppetuis conatibus illud deinceps cōsequitur, qd' ēt est quæsitū, ut nō solum datā iustificationis gratiā cōseruemus, uerùm ēt ut in ea ita nos exercēdo pgrediamur, et qd' ait ppheta, eamus de uirtute in uirtutē, alioqui relapsuri, cum scriptū sit, hominē nunq̄ eodem in statu pmanere. Magnum uerò ad pgressum præbet adiumentū illud, qd' de se aiebat Paulus, Fratres ego me nondū arbitror cōprehendisse, unū autē, quæ quidē retro sunt obliuiscēs: ad ea uerò, quæ sunt à frōte extendēs me ipsum iuxta præfixū signum psequor ad brauiū supnæ uocationis Dei. Quo uerò pacto is, qui renatus est in spē gloriæ filiorū Dei, tandē ipsam gloriam ppetuāq; fœlicitatē à pijs omnibus expectatā (quādo hoc postremo in secūdo isto gradu quæritur) cōsequatur, diligentius est ptractandū ob eos, qui sola se fide omnia psitentur assecuturos. Verū cum multa ex sacris literis à patribus allata sint testimonia, unum, qd' appositissimū mihi uidetur, afferā, eoq; libentius, q̄ quantū meminisse possum, quæ ab alys fuerunt recitata, integrū fuit mihi reseruatū. Corde ait Paulus, creditur ad iustitiā, ore aūt confeßio fit ad salutē, Videte, ut, cū ait, Corde credit ad iustitiā, fidei tribuat iustificationē quidem, nō tñ plenā salutem, quā oris cōfeßioni reseruat. nā illud, ore cōfiteri, qd' iā corde præceperis, quandā præ se fert in sentētia et bonis opibus cōstantiā, quæ seruandis est necessaria, iuxta illud: Qui pseuerauerit usq; in finē, hic saluus erit. Neq; negamus, ubi nō suppetunt uitæ spatia, illā ex fide adeptā Iustificationē sufficere ad salutē: sed cogitandū est, ne huic quidem huius alte-

rius partis notum deesse, plenâq; esse illius hominis animã hoc perseuerãdi desiderio, ut uerum in quouis gradu quodãmodo sit, qđ diximus, huic alteri parti salutẽ attribui, quòd similitudine aliqua fortasse fiet apertius. Fingamus animo, externum aliquẽ, & alienigenã donari ciuitate Romana, is ubi in eam ciuitatẽ ascriptus est, aptus quidẽ iam est adipiscendis muneribus, honoribus & magistratibus ciuitatis: non tamen continuo ijs donatur, sed expectatur, dũ ipse uirtute & rectis, honestisq; factis idoneũ se illis accipiẽdis præbeat: qui si inerter se atq; indignè tanto munere gesserit, nihil hic præter ignominiã ex ea ciuitate reportabit. Similẽ in modum, ubi Christo quis nomẽ dedit, ciuis christianæ ciuitatis effectus est, quẽadmodũ ait Paulus de huiuscemodi, Iã non estis hospites & aduenæ, sed estis ciues sãctorũ et domestici Dei, sed ut ijs muneribus honestetur, quæ huius ciuitatis hominibus ꝑmittuntur, eũ oportet ita exerceri, itaq; uersari, ut non indignus tanta republica esse iudicetur: aliter in eorũ erit numero, quibus dicetur, Amen dico uobis nescio uos: et, Discedite à me operarij iniquitatis. Aliã adhuc adhibeamus similitudinem. Nascitur quispiã homo, is ubi natus est, q̃uis in uirũ non euaserit, homo tñ est, crescit interea, atq; ubi adoleuit, exercet se ijs studijs, quibus multis & opibus & dignitatibus illustris fit. hic nisi natus esset homo, ista ꝑfecto adipisci nõ potuisset, cur ergo nõ illi natiuitati hæc omnia ascribuntur? ob eam opinor cãm, ꝙ, etsi ad ea paranda oportuit eũ nasci hominẽ, nihil tñ eiusmodi natiuitas profuisset, nisi in robustiori ætate ea gesßisset, quibus ita clarus effectus est: ad eundẽ sanè modum, etsi necessaria est homini iustificatio, ut ex iniusto iustus, atq; ex impio fiat pius, & sit quędã imago

hominis recens nati, sine qua nihil consequi boni præterea posit: tñ quia p recte facta quasi adolescit, et ad mẽsurã, ut ait Paulus plenæ ætatis Christi peruenit, Salus illi maturæ ætati refertur accepta: quæ mea uerba uelim somnia existimari, nisi magnũ illum piscatorẽ (mirificè.n.hoc cognomine delector) Petrũ mecum sentire ostẽdero. Obseruate.n. ut apposite ad meã sententiã uerba proferat. Quasi modo geniti infantes, rationale, & qd' sine dolo est, lac cõcupiscite, ut in eo crescatis in salutẽ. Cernitis, ut salutẽ adultæ, quã appellauimus, ætati assignauerit, non aũt infantiæ? ut nihil mirum sit, si in scripturis sacris ferè is seruetur dicẽdi modus, ut dicatur, mercedem operibus iustitiæ dari, & reddi unicuiq; secundum opera sua. Neq; tñ propterea gloriari quisq̃ iure põt, quasi quicquã egregij fecerit, quo uitã illã æternã sit meritus, cum.n.iubeamur postea q̃ omnia pfecerimus, quæ à Deo nobis præcepta sunt, dicere, seruos nos esse inutiles, quid tandẽ est, q̃ confidere benefactis nostris audeamus? sed totũ id diuinæ est liberalitati ascribẽdum. Deus.n.fidei nostræ, quã per huiuscemodi opera in nobis exercet, gratuito uitam æternã pollicitus est, rebusq;, quæ nullũ per se preciũ hñt, precium ipse uoluit assignare, q̃ si hominibus licet præcium pecuniæ statuere ut tantũ ualeat, quantũ ipsi decreuerint, id Deo in factis nostris nõ licebit? Sed uereor, ne abutar patiẽtia uestra Patres, quare iam ad tertiã partem uenio: in qua ppositũ est, si quis post Iustificationẽ peccando exciderit, quo pacto resurgere habeat, ut iterum iustificetur, et ei merita Christi pdesse iterũ possint, & quid hæc iustificatio à prima differat, & in quo cõueniat, quæ sit ei ineunda resurgendi ratio, qui relapsus in scelera est (nã ut hoc aduersus eam licentiã, quam

multi sibi maximo suo cum dāno sumũt, hac ætate est ualde necessarium, qd' tractetur) locus est maxime accōmodus in Apocalypsi, ubi dicitur ei, qui charitatē suam primā reliquisset. Memor esto, unde excideris, & age pœnitentiā, et prima opera fac. Vult ergo, ut agat pœnitentiā, quādo peccati uenia nōn datur nisi correctis: uult præterea, ut excitet in sese priora opa, et ea omnia ferè adhibēda sunt, quæ primo in statu iustificādo homini sunt necessaria, nisi q̃ fidem adhuc retinet: tametsi tādiu ociosa & ipsa et inutilis remanet, quandiu in peccatis perseuerat. Euigilabit ergo fides, affectus in Deum excitabitur, terrore pœnarũ exagitabitur, ueniet in spem ueniæ, cæteraq; aget, quæ in prima Iustificatione præcedere iam sæpe à patribus hoc ipso in consessu sunt dicta, atq; hoc pacto merita Seruatoris Christi prodesse illi rursus incipient, dum p fidem et charitatem, ut prius factum fuerat, illorum eorũdem fiet particeps. Nō ita tñ hæ geminæ iustificatiōes sic similes sunt, quin inter se et differant, è quibus differentijs illā ego tractandā accipiam, quæ latiore specie est, Ea uerò est, non ita licere iterare baptismum, quēadmodum pœnitentiā licet, quæ res iure admirationē parere posit, cur si pœnitentiā repetere licet, baptismi repetitio prohibeatur? contraq;, cum baptismi iteratio sit uetita, cur non item pœnitētiæ? Qua in re mihi uidentur fidei nostræ sacramenta ita interioris hominis usibus fuisse accommodata: ut moribus exterioris facile respondeant. Sicut ergo homini semel dũtaxat nasci cōceditur, neq;. n. potest homo, ait Nicodemus apud Ioannē, ubi ad senectā peruenerit, iterum in matris uentrē introire, & renasci; sic baptismus nouam quādam ac spiritalem natiuitatē præ se fert. dicimus. n. renasci ho-

minẽ fonte baptiſmatis, atq; adeò ipſe Seruator renaſcentiã hanc appellauit, cum dixit, Niſi quis renatus fuerit ex aqua & ſpiritu non poteſt introire in regnum Dei, ob hãc cauſam non permittitur iterari, ne naturæ quippiã repugnans agere uideamur. Sed q̃uis ſemel tãtum naſci cõcedatur, cum tũ frequenter ab incolumitate ad morbum, rurſusq́; à morbo ad ſanitatem fiat reditus, iterãtur etiam remedia & medicinæ: quid uerò pœnitentia aliud eſt, quàm eius animæ curatio, quæ in morbum miſera inciderit, cupiatq́; recuperare incolumitatẽ? Iccirco fit, ut pœnitentiæ repetitio cõcedatur, quæ in baptiſmo non licet. Sed dignũ eſt non uulgari obſeruatione, quòd nudiuſtertius ab uno ex his Patribus ſanctiſsimè eſt dictum, q̃ ſcilicet tũ deniq; ſalutaris eſt pœnitẽtia, cum hominẽ ita ſui lapſus pœnitet, ut mortem potius oppetere paratus ſit, q̃ in eadem uitia relabi. Nam uereor ne ætate noſtra maxima hominũ pars per eam rẽ nunquam ſe à uitijs & peccatis expediat, ſemperq́; in illis neſcia detineatur: quæ res ad leuandum eiſdẽ peccatis hominẽ ſaluberrimè fuit excogitata. putant. n. ſe tunc pœnitentiæ fructum p̃cepiſſe, cum interrogãti Sacerdoti, num ſcelerũ, quæ ſunt confeßi, pœniteat: reſpondent, ſe utiq; pœnitere: quod falſum eſſe illud eſt argumento, q̃ ad eadẽ paulò poſt & flagitioſiora etiã temerè relabũtur, quos ſi uerè atq; ex animo pœnituiſſet, qui fieri poſſet, ut id quod uehementer fuiſſent deteſtati, tam facile amplecterentur? Quis. n. obſecro noſtrũ eſt, qui ſi forte aliqua in immaniſsimi cuiuſpiã tyrãni manus ueniſſet, atq; ab eo crudeliſſime fuiſſet affectus, deinde ex eius manibus elabi contigiſſet, rurſum in eius poteſtatẽ redire uellet, ſi etiã blandis pollicitationibus ab eo inuitaretur? Sic profectò nemo

unquam peccati blanditijs allici se facilè pateretur, si cogitaret, quantum damni sit in sceuam, crudelemq; peccati tyrannidē trahi, quod ab ipso Deo, hoc est ab uno et summo nostro bono abducit, paratis nobis illis cœli sedibus priuat, ad æternos neq; desituros unq̄ ignes pertrahit, & exiguum hoc, quod hic agimus uitæ nobis aufert, ut esse homines desinamus, & animantium ratione carentium figurā, in ipso interiori homine induamus. Quæ mala, si, cū ad pœnitentiæ portum recipere nos deliberamus, cogitatione præciperemus: inueniremus proculdubio eum pœnitendi modum, quo ferè hominū uulgus utitur, impedimento esse potius, ne unq̄ seriò ad Deum accedatur, quàm remedium. Quare hoc uno mea sententia indicio intelligere possumus, hominē ex hac pœnitentia certum fructū capere, quod indicium à magno illo Basilio cum de institutiōe monastica tractat, propositum est. Is.n. interrogatus, qua ratione quis intelligere posset à Deo sibi remissa esse peccata, respondet, Cum illud inesse experitur, ut dicere cum propheta posit, iniquitatem odio habui & abominatus sum, legem autem tuam dilexi. nemo.n. ei, quod odit, atq; abominatur, facile adduci potest, ut concilietur. Hoc minutum æs patres amplissimi (nam ne æquare quidem euangelicam illam mulierem potui) in domini gazophylatiū iussus misi, quòd si forte & hoc exiguum, quod certè dolerem, adulterinum aliquid habuerit, Sacrosanctæ huius Synodi iudicium esto, cuius censuræ me measq; cogitationes omnes esse subiectas uolo.

ISIDORI CLARII FVLGINATENTIS Episcopi sententia de Imputatione iustitiæ et certitudine gratiæ ad Patres Concilij Tridẽtini.



Vm superioribus mensibus proposita de hominis Iustificatiõe materia, quatuor & uiginti dierum cursum confecissemus Patres amplißimi, et iã quasi peracta nauigatiõe nos propediẽ portum tenere nobis psuaderemus, obtulerunt sese de repente duo tanq̃ scopuli, qui, nisi gubernatorũ prouidentia caueatur, nos nõ minori temporis spacio, q̃ reliqua tota nauigatio uidẽtur uelle detinere: sed non admodũ dolenda est hæc tot dierum, neq; sanè æstimanda iactura, tantũ id danda opa est, ut Dei benignitate tandẽ aliquãdo ueritas excutiatur, quã icirco temporis filiam quidã externi appellauere, q̃ non ita leuiter exiguoq; momento aperire sese ac prodere soleat. Aggrediamur ergo hos scopulos, idq; eò animosius, q̃ multi iam præstantissimi ex uobis nautæ, qui eos circũlegerũt, minus nobis formidabiles, facileq; peruios effecerũt. Priori quæstione propositus est homo, qui iustificatus, rectè factis iuuante Deo operã dederit, quæ facta meritis paßiõis Seruatoris Christi innitantur. is cum sistendus est coram iudice Christo cũ hac inhærẽte sibi iustitia, quæritur, num censendus sit ita fecisse satis Diuinæ iustitiæ, ut uitam æternã adipiscatur, an præterea adhuc opus illi sit misericordia, & alijs à Christo cõmunicandis meritis atq; iustitia. Altera quæstio est, num cui certum esse poßit, atq; exploratũ, q̃ gratiam Dei ac Iustificationẽ sit adeptus, eamq; te,

neat, et quoid genere certitudinis. Huic geminæ quæstiõi, & maiori cõpendio et magis apposite oẽs respondissent, si eum dũtaxat scopum sibi ꝓposuissent, cur uidelicet ad hæc duo peruestiganda, à Patribus sit uentũ: nimirum ut falsis opinionibus, quæ hac ætate Christianũ orbem inuasere, uestris consilijs occurreretur, in quem errorẽ ne & ipse imprudens incidã, sedulò operã dabo. Repti sunt, qui ut oẽm qui nunc est, ecclesiæ statũ euellerẽt ac funditus tollerent, rectis, honestisq́; factis omnẽ auctoritatẽ derogare cœperunt, ut quæ ad adipiscendã uitam illã immortalẽ nihil cõferant, quare ab eis non minus, atq; adeò magis etiam q̃ ab improbè factis esse abstinendũ, totãq; fiduciã suam hominẽ in solis ipsius Christi dñi ac Seruatoris omnium meritis ac passiõe, qua nobis abundè omnia ꝓmeruit, esse collocandã, q̃ si quis tantũ ex animo credat, ipsam illius meritorũ uim credenti sibi imputari (liceat. n. mihi in usu uerborũ dicẽdi consuetudinẽ sequi) ut iustificetur, securus ab omni metu sit. Vbi. n. se à peccatis absolutũ solidè credit, is absolutus est, inquiunt, qualis eiuscunq; sit contritio. Et sanè à uetustis etiã patribus memoria proditum est, in ipsis nascẽtis ecclesiæ exordijs in hanc multos uenisse sentẽtiã, homines sola in Christum fide seruari, nulla habita uitæ ratione. Ex hoc etiã sequi consentaneũ est, cum qui ita affectus sit, atq; opinionẽ hanc uerã esse sibi persuaserit, nihil uel de presenti iustitia, uel de salute postrema posse dubitare, cum in solius Christi humeros oẽm huius negocij proiecerit sollicitudinem. Huic nobis malo ita curatio est excogitãda, ut ne in contrariũ morbum is, qui ægrotat, trãsferatur, atq; in multò uetustiorẽ hæresim delabamur, eorum, qui ignorantes Dei iustitiã, & suam uolentes cõstituere à uera iustitia

aberrauerunt, Et quos redarguit dominus, qui sibi ipsis suisq; factis perinde fidebant, quasi ex ipsis iusti essent effecti. Media ergo uia est ingrediendũ, quæ semper catholicæ ecclesiæ, cum de dogmatibus esset agendũ, fuit cõsuetudo. Cuius rei non pauca proferre exempla possem, nisi coram ijs uerba facerem, qui hoc longè q̃ ego ipse exactius norũt. hoc si præstiterimus, ut erroris utriusq; pericula declinemus, simul illud assequemur cõmodi, ut non admodũ multo negocio cõponantur eæ lites ac controuersiæ quibus tãta sentẽtiarum diuersitate nostri hi theologi, quos per hosce dies cõsuluistis, disceptare uisi sunt, et scripturæ sacræ præterea, sanctorũq; Patrũ auctoritates, quas ad se quisq; trahere, atq; ut pro se facerent, efficere conabatur, quẽ habere sensum debeant, intelligemus. Cum ergo quæritur, num satis sint ad salutem iustificati hominis opera, quæ in Deo et Christo eius facta sint (nã ab eo uim oẽm suam habere, ut à capite mẽbra, atq; à uite palmites, iam superiore oratione, cum de tota iustificatiõis materia uerba fecimus, est declaratũ: ut nunc noua de hac ipsa re non sit opus narratione) an alia præterea meritorũ ipsius Christi imputatione indigeamus, quid proponatur est cogitandũ. Proponitur. n. homo qui iustificatus iam sit, atq; in Christi ciuitatẽ ascriptus, & qui adoptionis spiritum acceperit, in quo clamet, Abba pater: at eiusmodi homines ij sunt, qui cũ ante iudicis Christi tribunal sistẽtur, audituri sunt, Venite benedicti patris mei, percipite regnum, qui etiã in parabola Virginum designãtur, quæ accersitæ, cum repertæ sint habere oleum, quæ ornarent lãpades suas, et obuiæ fierẽt spõso, in eius thalamũ sunt introductæ, ij etiã sunt, qui cum ueste nuptiali ad regias epulas sunt admißi, qui cum ad exco

lendã quoq; uineam fuissent inuitati, q̃uis una tantùm hora sese exercuissent, acceperunt & ipsi suum denariũ. quare non uideo, cur hic dicendum sit, ijs uana iustitiæ Christi imputatione esse opus. adhibetur.n. imputatio, ubi sublata opera sunt. nã ei (inquit Paulus) qui operatur, merces non imputatur secundum gratiã: sed secundum debitũ, ei uerò qui nõ operatur, sed credit in eum, qui iustificat impium: reputatur fides eius ad iustitiã. Si ergo pollicitus est dñs, se redditurũ unicuiq; secundum opera sua, atq;, ut ait Paulus, statuendus est unusquisq; ante tribunal Christi, ut referat quæ in corpore gessit, siue bona illa sint, siue mala, atq; hanc iustitiã appellat, & hac in re Deum iustè agere, q̃d' ni faceret, ipse se parum iustũ esse arbitraretur, quam ob causam idẽ Paulus ait. nõ.n. iniustus Deus, ut obliuiscatur operis uestri: sequitur pculdubio, ut ubi christiani hominis opera æstimãtur, ibi noua præter eam, quã adeptus iam est meritorũ Christi imputatio non sit introducẽda. nã illud præterea sequeretur incõmodi, q, postea q̃ in filios fuimus recepti, deteriore essemus conditione q̃ cum ex inimicis fuimus reconciliati: cui sentẽtiæ aduersatur Paulus, nã ait, Si.n. cum inimici essemus, recõciliati sumus Deo per mortẽ filij eius, multò magis reconciliati salui erimus in uita ipsius, q, si iam recõciliatis noua adhuc requireretur imputatio, plus hic ageremus, q̃ cum primum fuimus recõciliati: in qua reconciliatiõe, nequaq̃ altera fuit opus imputatione. ut taceã interim derogari ipsis Christi meritis, quæ in Iustificatione sumus assecuti, quæ non satis uiriũ ad nos seruandos habuisse uisa sint. Sed scrupulũ iniecit non contẽnendum, quidã ex theologis eruditissimus idẽ & acutissimus, si c.n. dixit, in Iustificatione satis esse illã iustitiam,

quã inhærentẽ uocant, qua uidelicet interior homo p eãdẽ Iustificationẽ innouatur: alioqui contingeret, Christum p iustis esse mortuũ, si iusto iam effecto homini Christi meritis opus præterea esset. sed ad æternã (inquit) adipiscendã uitam, misericordiã adijci est necessariũ, q. s. incõprehensa illa ac fine carentia bona nostris factis metiri nefas sit. & sanè huic astipulantur sententiæ uerba Apostoli, cũ dixit, Nõ sunt pares afflictiones huius tẽporis ad gloriã quæ reuelanda est in nos. Sed uerborũ esse uidetur potius hæc quàm rerum discrepãtia. quam. n. ille in æterna illa retributione requirit misericordiã, hãc ego eandẽ inuenio iam tũ mihi præstitã, cum sua benignitate ita statuit, ut opera nostra, quæ per se nullo precio digna sunt, eã uim haberẽt, ut momentanea hæc & leuis afflictio nostra supra modũ in sublimitate æternũ gloriæ pondus pariat nobis, Hæc itaq; misericordia in hoc iustificato nunc homine quodammodo delitescit, suo tẽpore reuelanda. Atq; ob hanc opinor causam hoc diuinæ in nos beneficentiæ donum idẽ & iustitia & misericordia appellatur, ut cum pphета ait, Misericordia autẽ dñi ab æterno & usq; in æternum, super timentes eum, et, Iustitia illius in filios filiorum, ijs, qui seruãt testamentũ eius. & Paulus nunc iustitiã Dei reuelatã esse ait, nunc apparuisse benignitatem & humanitatẽ Seruatoris nostri Dei, nõ ex operibus iustitiæ, quæ nos fecerimus: sed secundũ suam misericordiã saluos nos fecisse. rursumq;, factores legis iustificabuntur, & tñ gratiam Dei appellat uitam æternã. Cogitetur ergo (ut reuertamur ad id quod dicebamus) continua potius quædã q̃ noua miseratio, quæ ab ipsa regeneratiõe, ac spiritali orta, usq; dum perueniamus ad mensurã plenæ (ut ait Paulus) ætatis Christi, perpetuo

deducat, & regat, & tanq̃ causa ijs, quibus causa est, semper præst, ac ueluti fons riuulis inde manantibus suppeditet, ut semper fluant: itaq; fiet, ut non sit necessarium torqueri distinguẽdo iustitiam tum Christi, tum nostrã: et cũ intellectum est, oẽs nos de plenitudine eius accepisse, agnoscamus, id q d'accepimus, ab eo profectum, & eius liberalitate nostrum factum: atq; eam esse aquã, qua epota fiat in nobis fons aquæ nunq̃ deficientis: esse itẽ eam lucẽ, quæ in iustis (ut Salomon ait) procedit et crescit usq; ad pfectam diem, nimirũ in qua nulla est futura nox, cum fulgebunt iusti sicut sol in regno patris sui. Hæc cogitatio illud ẽt afferet boni, ut qui malitiosè his annis imputandi rõnem excogitauerunt, facile refutentur, nam ij, dum persuadeãt nullam rectè factorum habendã esse rationẽ, fingunt hominẽ semper quidem iniustum esse: sed sola Christi iustitia fieri, ut ei iustitia, quam nullã habet, imputetur tñ, ut nihil referat, iustis operibus nec'ne operã dederit. neq; cogitãt, hoc pacto nihil Christianum hominẽ ab ethnico differre, nisi fiat interior mentis innouatio: nã hoc uno in primis Christus se Dei esse filium declarauit. Etenim cũ apud ethnicos plurimi honestè facta sint amplexati, uni tñ illi qui fidem in Christum pfessus sit, hoc reseruatur, ut expulsis, euulsisq; (quòd in ethnico non fiebat) ab radice peccatis, nouã induat creaturã, & præterea renouetur de die in diẽ, quæ utraq; sine permixtione nostrorũ rectè factorum, quę ipsius iustitiæ Christi quasi conseruatio quædã sunt, seu uasa quibus ipsa contineatur, nunquam fieri posse superiori uobis oratione, cum de tota Iustificationis materia hoc in consessu loquendũ mihi fuit, satis mihi uideor declarasse. Stet ergo, ut hanc partẽ, quã primùm tractare exorsi su-

mus, hic concludamus, ei, qui semel Iustificatus sit, seruaue ritq; Iustificationē, nouam meritorum Christi accessionē nō esse necessariā, ut æterna donetur salute. Quòd uel ex eo liquet, si accipiatur quispiā, qui recens baptizatus mox ex hac uita migret: huic enim nihil eiusmodi additamenti opus esse oēs cōfitentur. Sed quid ijs fiet (dicet aliquis) qui post acceptum baptismū multa peccauerunt? at hæc nō eadem, sed diuersa quæstio est, quæ bifariā mihi uidetur distinguenda, ut ij uel peccata quæ ad mortē uocantur, peccauerint, uel quæ non ad mortē, si ad mortē: hi desierunt esse iustificati, quare iam ad hanc quæstionē nihil ptinent, nisi forte uelimus eos esse, qui Iustificationē sæpius amissam tandē receperint, quos, si uerè fuerunt iustificati, eo in gradu necessariò collocabimus, quo eos, de quibus instituta oratio est, quatenus ad acquirendā salutem æternā rei pertinet. Sin Iustificatus ea tantū admiserit peccata, in quæ ex quotidiana uitæ consuetudine incidimus: is non ob ea amisit illam Iustificationē, quam satis esse ad cōparandam æternā uitam dudum professi sumus: sed diminuetur fortasse ob ea ipsa errata ac lapsus, siue delicta ac uitia quædam, aliquid de gloria, ut illi terræ cōtigit, quæ alioqui bona est cōmendata dñi testimonio, quæ quamuis centies multiplicatum fructum nō attigerit, sexaginta tñ ac triginta partium numerum . st assecuta, quæ pculdubio aliquo uitio interiore impedita fuit, quo minus ad centenariū numerum pueniret. Accedunt quotidianæ afflictiones, castigationesq;, quæ æquo animo ob Dei gloriam tolleratæ, eiusce modi maculas, quasi obliterāt ac resignant. Verū de ijs peccatis, quæ uenia digna solemus appellare, latius, accuratiusq; erit tractandū, cum de pœnitētiæ sacramēto à nobis

agetur. satis.n. sit in præsentia scire, hæc peccata nõ esse impedimento, quo minus iustificationẽ teneamus, ꝑ quam æternæ salutis beneficiũ à Deo accipiamus. Et hæc quidẽ catenus à sancta Synodo proposita & quæsita accipimus, quoad fallax illa iustitiæ imputatio, quæ ab catholicæ fidei hostibus introducta in erroris opinionẽ homines trahit: non ea ratione, ut quẽquam nostrũ insolentẽ, ac diuinæ misericordiæ ingratũ faciat, quin quouis tpe quisq; & uiuens et moriens ad eam tanq̃ ad tutißimum unicum portũ se referat. quid.n. habes (inquit) qđ non accepisti? quod si accepisti, quid perinde gloriaris, quasi non acceperis? Esto, egerit quis uitam inculpatissimã, quousq; tñ huic sit audendum, ab ipso ueritatis magistro admoneamur, sic.n. docet, Cum feceritis omnia, quæ præcepta uobis sunt, dicite serui inutiles sumus. At seruo inutili, obsecro uos, quid magnum, aut paruũ unq̃ est, uel petendum, uel expectandũ boni? quid non potius ultionis ac pœnarum? quòd si is, qui omnia perfecit, quæ sibi fuerant imperata, hoc esse animo debet, quid nobis (de mei.n. similibus loquor) qui tantum abest, ut omnia quæ debueramus, simus assecuti, ut plurima illis contraria patrauerimus, erit faciendũ? Stellæ (inquit) non sunt mundæ in cõspectu eius, quãto magis homo putredo, & filius hominis uermis? Qua in re uenit mihi in mentẽ, uobis cõmemorare sententiã, profecto memoratu dignissimã, uiri cuiusdã, qui ad sexaginta annos in sanctissima uita solitarius egerat; admonebat.n. ut optimus quisque se latronem esse recordaretur, addebatq; maximo mysterio effectum esse, ut ipse Dei filius Iesus Christus inter duos latrones ageretur in crucẽ, quorum alter ei obloqueretur, eumq; execraretur, alter scœlus suũ latrociniaq; cõ-

fessus

fessus, & Christi innocentiā, ueniam ab eo misericordiāq; implorauerit. oēs. n. homines esse latrones, qui diuinā quotidie gloriā latrocinemur, nobisq; uendicemus, sed hoc tā tum differre, q aliij, cū summè scelerati sint, iustitiæ tū sibi nomen usurpēt, alij submissè se gerant, & hoc uno cæteris antecellāt, q latrocinia sua fateātur, atq; ut eis ignoscatur, diuinā quotidie exposcant misericordiā. Et sanè tutißimū hoc consiliū est, ac sacris literis apprimè consentaneū. q si quibus in locis uiri sancti iustitiæ suæ fidere uidētur, id nō tum faciunt, cū se suaq; facta iudicanda Deo ꝑponunt, supremūq; de ijs faciēdum iudicium est, sed qñ interdū aduersariorū, persequentiūq; calumnijs obnoxij, consciētiæ suæ testimonio nituntur, eāmq; suā Deo exponunt: tunc. n. dicunt. Iudica me dñe secundū iustitiam meā, & secundum innocentiā meam super me: & alibi. Retribuet mihi dñs secundum iustitiā meam, et secundū puritatem manuū mearum retribuet mihi. interdū solandi afflicti animi sui gratia, ut cum Iob magnificè factorū suorum catalogum ꝑfert aduersus affligentes amicos. uel consolandi alterius causa, ut, cum Paulus admonuisset Timotheū, instare tēpus dissoluēdi sui corporis, ne discipulus hoc nuntio afflictaretur, adiecit: Pulchrum certamen certaui, cursum cōsumaui, cæteraq;, quibus significabat discessum illum non esse mortē, sed finē laborum, pulcherrimāq; certaminū consummationem, quodq; iam ad percipiēdā coronam ꝑficisceretur, ut gaudendū potius discipulo esset, q̃ dolendum. Hactenus de prima quæstione, si non pro rei magnitudine, ac dignitate, certè pro loci huius ac tpis ratione satis sit disputatum. restat altera quæstio, num certò scire quis poßit, se iustificātem illam gratiā tenere, quóue id certitudinis genere. in

qua disputatione mirum est, quanta contentione theologi hi nostri, contrarijs inter se, atq; ex diametro (quod aiūt) oppositis sentētijs decertauerint, & cū scripturæ sacræ, tū aliorū scriptorū & ueterū & recētiorū auctoritates ad se traxerint; ut rectè quidā ex Patribus dixerit, sibi nondū exploratū esse, quā in partē Scotus, cui plurimum theologi innitebantur uisus fuerit inclinare. Facta est multiplex distinctio certitudinis, euidentiæ uidelicet, coniecturæ, moralis, fidei, rursumq; illa fidei in multas distributa fuit partes, ut quidā fidem ēt illam, quæ catholica appellatur, quadruplicem esse demonstrauerit. Sed erit, opinor, et cōpendiosior & certior etiā, itemq; apertior (qđ sanè plurimū est quærendū) nobis uia, si cum intellexerimus, quā ob causam tractatu necessaria uobis existimata hæc pars est, eā sacræ scripturæ, quæ cogitationū omnium nostrarū norma esse debet, cōsuetudine fuerimus metiti. Diximus repertos fuisse quosdā, qui, dum aliud tñ assequi uellent, iubebāt homines ita de salute sua esse securos, ut perinde fiderent, ac si iam illā fuissent assecuti. quare ijs quibus luxus cordi est, hac nixi fiducia, oēm appetitionibus suis licentiā pmisere, et Christū ipsum, qui sanctioris uitæ magister à summo patre missus est, omnis licentiæ atq; intēperantiæ patronum cōstituerunt. Hic error itaq; sic ex hominū mentibus auferendus à nobis est, ut illa tñ animi trāquillitas & fiducia, quæ Christianū hominem decet, nihil de suo statu dimoueatur. sed meminerimus in primis, de cōmuni Christiani hominis statu generatim nobis esse tractandū, nam quæ priuata reuelatiōe, atq; infusæ diuinitus fidei priuilegio fiūt, atq; huiuscemodi rerum singulariū rationes sub scientiā cadere, ac regulis cōtineri, externi etiā negant posse. Princi

pio cum cœlestis hæc nostra philosophia fide cōstet, fideiq; innitatur, semperq; ab eo, qui Christo nomen daturus est, postuletur, ut credat, sciendi uerbū, si proprie loqui uolumus, hac parte mea sentētia tollendum è medio est, tametsi hanc fidē humana scientia intelligamus esse certiorē. Cum ergo christianæ pfeßioni peculiare sit credendi uerbū, ut dicat se credere, unum esse Deū, unū esse dñm Iesum Christum eius filium, cæteraq; quibus tota cōstat, nō uideo, cur hac quoq; parte eodē uocabulo contēta esse non poßit, ut dicat quis, credere se ac solida fide tenere, in Dei se amicitiā eiusdem Dei benignitate esse receptum. nā qd' à Paulo dictum est, scimus. n. q̃ si terrestris domus nostra huius tabernaculi dissoluatur, ædificationē ex Deo habemus domum non manu factā æternā in cœlis, & illud Ioānis. Scimus'q; trāslati sumus de morte ad uitā, et si qua eius generis sunt, aliam rōnem habēt, atque ab ea diuersam, quæ nūc præ manibus est. Nā decebat eos, qui celestis huius philosophiæ essent duces, qui præterea semel illuminati gustauerant donum cœleste, & participes facti erant spiritus sancti, idq; copiosè, & tantū non hisce oculis, quibus humana cernimus, ea quæ alios docebāt, intuebantur, ijs uti uocibus ubi de totius philosophiæ nostræ summa & scopo agebatur, qui si ēt de seipsis magnificentius aliquid polliceri sibi uoluissent, q̄ reliquę multitudini cōueniat, iure id potuissent, & tñ cum ad id ueniunt, uidete ut se gerāt modestius. Scio (inquit Paulus) cui credidi, & psuasum habeo, q̃ potens est depositū meum seruare in illum diē iustus iudex, cōtentus hoc fuit, ut diceret, scire se habere iudicē iustum, cui posset fidere, seq; pro cōperto habere, eundē ipsum præstare posse, quod esset pollicitus. quibus uerbis nihilo sibi

plus arrogauit, q̃ quiuis nostrum facere posset. & alio loco multò se gerit submißius cũ.n. de administrato à se euãgelio agendum esset, etsi nullius in eo negocio conscius sibi culpæ erat, nullum tñ ipse de se in re quæ magis explorata illi esse poterat. q̃ ulla cuiusquã nostrum facta, iudicium facere uoluit. sed cõtentus, se nihil cõscire sibi, Diuino iudicio rem totam pmisit, Quẽ locũ etsi torquere nonnulli cũ ex theologis, tum ex patribus in alium sẽsum sint conati, si quis tñ priuatarum sentẽtiarum affectus seponere, neque qd' semel suscepit defendẽdum, tueri mordicus uoluerit, intelliget, opinor, non esse aliter interpretãdum: & qui inuertere tam aperta uerba in alium sensum uoluerit, hunc spiritu potius contradictionis, q̃ inueniendæ ueritatis esse præditum. Si ergo Paulus in re tam sibi nota iudicare ipse se noluit, sed iudiciũ ipsi Deo relinquere, sine dubio in alijs quoq; rebus idẽ ipsum facturum fuisse credibile est, et præterea nos docuisse, quo pacto in rebus eiuscemodi nos geramus. Et sanè qui nescio quo fidei genere certius aliquid intelligi posse autumant, meminerint ij, fidẽ esse ex auditu, quare uel interioribus, uel externis auribus id pceperint, est necesse, at huius generis homines iam excepimus, ut qui priuilegio ac præter cõmunẽ aliorum legem id sint assecuti. Sed reuertamur ad scripturæ sacræ consuetudinẽ, atque ipsius Seruatoris Christi, qui, cum oblato sibi paralytico, pspectaq; eorum, qui obtulerãt, fide, significare uellet, interiori et homini præstari à se curationẽ, dixit, Cõfide fili, remittunt tibi peccata tua. cõfide (inquit) hoc est, bono animo esto, neq; ulla præterea alia, quã pleriq; id quærere uidentur, apposita est euidentior certitudo. & profectò cũ doceamur diuinis literis, nos per fidẽ ambulare, nõ autem

per speciem, facienda est aliqua, & ea non exigua differẽtia inter hoc nostrũ huius peregrinationis tẽpus, & illud cum iam quæ nunc speramus et per patientiã expectamus, erimus assecuti. Plurimum tñ referre scio, quo quis animo quid loquatur. nã quemadmodum ꝑfidiosa dißidentiũ à catholica ecclesia cõmenta detestor, sic nõ possum non eorũ deosculari animum, qui non ut in scelerae factis quis securus conquiescat, sed ut imbecillis afflictisq; consciẽtijs cõsulatur, hanc tueri nituntur certitudinẽ. quorum mentem tãtũ abest, ut ego asperner, ut ipse quoq; cum ꝓpheta adhorter, ut dicunt. pusillanimes corroboramini, et nolite timere, qđ et Seruator faciebat, Nolite (inquiẽs) timere pusillus grex, quia placuit patri uestro dare uobis regnũ. sed unum hoc simul quærere pergamus, quibus uijs sacræ nos literæ ingredi uelint, quæ quantũ perlustrare possum, uelle uidẽtur, ut medium, spemq;, metumq; inter, tenere iter curemus. iccirco nunc Paulus admonet unumquẽq;, ut cum timore & tremore suã quisq; operetur salutẽ, & Petrus maluit dicere, satagite, ut firmã uestram uocationẽ et electionẽ faciatis, q̃ asserere illam esse iam firmã. nunc adhibetur fiducia. Cõfidite (inquit) quia ego uici mundũ. & illud ad Hebræos. non. n. iniustus Deus, ut obliuiscatur operis uestri & laboris, sed cupimus unumquẽq; uestrum eãdem ostẽdere sollicitudinẽ ad expletionẽ spei usq; in finem, ut non segnes efficiamini. quæ posteriora uerba mirum in modum id exprimunt, qđ nos declarare conati sumus, hũc scilicet in sacris literis esse spũs sancti morem, ut nos uelit semper in officio continere, interim uerò cõsoletur pauidiores, neq; se paracletũ esse obliuiscatur. hoc. n. loco cum superius aliquantisper illos, ad quos scribebat, perterruis-

set,reddit causam,cur hoc fecerit,ne uidelicet segnes effi cerētur. Hic ergo timor non est,quod quidā uerentur,car nificina,sed officina rectè factorū,quæ efficit,ne unquam quisquā se oīa assecutum existimet.sed cōtinuis conatibus ad ea,quæ reliqua adhuc sunt,ipse se animet.nisi quis uelit carnificinā quoque appellare,quòd nō ei certū adhuc sit, se inter prædestinatos esse numeratū.nā hoc non minoris, q̄ illud æstimā lū est,atque adeo pluris etiā. Neq; uerò hic timor est,quem legimus non esse in charitate,sed potius is,de quo ait Salomon.beatus homo qui semp est pauidus. & alius quidā.homo sapiens(inquit)in oībus metuit.hæc circūspectio quædā est potius,qua præditus fortissimus il le Iob dicebat. Si iustificare me uoluero, os meum condē=nabit me,si innocentem ostēdere,prauum me cōprobabit, etiā si simplex fuero,hoc ipsum ignorabit aīa mea,& tæ=debit me uitæ meæ,quæ tamen & alia huius generis nō eū probibere unquam potuerūt,quo minus ita fideret,ut di=cere auderet, si etiā me occiderit,sperabo in eū.sic Dauid, quo quis unquā deo fidentior fuit,imbecillitati tamē huma næ cōscius aiebat. Delicta quis intelligit? ab occultis meis mūda me.& eius filius Salomon. Quis pōt dicere mundū est cor meū,purus sum a peccato? hæc atq; eiusmodi loca scio à plerisq; in hoc cōfessu diuersam in partē accepta fuis se,sed mihi ea uia magis eligēda uisa est,quæ toti scriptu=ræ maximè sit cōsentanea,in qua reperio iustos fidere qui=dem,neq; tū sibi quicq̄ arrogare,et pharisæo qui sua facta iactare ausus fuerit,humilis publicanus est antepositus,ut illa meritò magni Gregorij nostri snīa passim cōmende=tur ac prædicetur.bonorū.s.mentiū esse,ibi culpā agno=scere,ubi culpa nō sit.ut nunquā timor ille qui sollicitudi

nẽ ac ſtudiũ ad proficiendũ parit, prætermittatur. iccirco magnus ille & doctrina & ſanctitate Baſilius audet quen dam in ipſis angelis cũ futurum eſt mundi iudiciũ, timorẽ collocare, quam tamẽ ſentẽtiam Euãgelij auctoritate cõfir mat. nã ubi habemus. uirtutes cœlorũ mouebuntur, cum in Græco ſit σαλευθήσονται: quaſi dicas, fluctuabũt, σάλος enim turbationẽ maris ſignificat, ipſe ſic ait. Quis ſine timore erit? nec angeli quidẽ. aſtabunt. n. & ipſi, nõ tãquam rõnem reddituri. ſed tamen glorioſa illa tãti regis declaratio atq; præſentia oĩbus terrorẽ inijciet. Et hæc quidẽ Baſilius ſcriptis prodidit, at Hilarion ille tãta ſanctitate uir, factis etiã ſuum timorẽ declarauit, qui cũ acturus iam eẽt aĩam, ſenſit ſe trepidare, ut cogeretur animare ſeſe, atque animũ ſuum recordatione ſuæ tot annorũ ſeruitutis in deũ cõſolari. Et tñ in hoc timore quẽ dicebamus, & hac animi ſubmiſſione, ad quam etiã Diuinis oraculis & ſacris auctoribus inuitamur, uidete quàm ingentes fidendi theſauros nobis eadẽ Diuinæ oracula ſubminiſtrẽt. Precaturi iubemur patrẽ appellare Deũ, qua uoce quid nobis non poſſumus polliceri? is appellari Pater uult, qui proprio filio nõ pepercit, ſed pro nobis oĩbus tradidit illũ, omnia ꝑfecto nobis, ſi ipſi uoluerimus, cũ illo etiã donaturus, qui cõquerentibus hominibus quòd eſſent derelicti, ait. nũquid põt obliuiſci mulier infantẽ ſuum, ut non miſereatur filij uteri ſui? quòd ſi illæ oblitæ fuerint, ego tui non obliuiſcar. omnium mulierum tenerrimæ in filios charitati ſuã antepo nit. iccirco alibi ſeruator ait. Si uos cum ſitis mali, noſtis res bonas dare filijs ueſtris, quãto magis Pater ueſter cœleſtis (ipſa uidelicet bonitas) dabit ſpiritum ſanctum petẽtibus ſe. ob hanc eandẽ cauſam, parabolã illam inducit ado

lescentis decoctoris, qui oēm, quam à patre acceperat substantiā consumpsisset cum meretricibus. hunc tñ ubi reuertentē pater, quantum oculi ferre poterāt, intuitus ē longinquo est, tantum abest, ut irasceretur, ut ēt misericordia motus sit. atqui ne ad horā quidem seuriorē simulare uultum potuit, qd' improba perditi filij facta merebantur, non saltem tādiu expectauit, dum ille accederet, qd' omnibus modis æquum erat, sed ipse accurrit, irruit in oscula, iubet ꝑferri stolam præcipuā, annulum, calceamenta, occidi uitulū illum saginatū ac selectum, adhiberi symphoniā & chorum, deniq; omnia præ se amoris & gaudij signa tulit pro recepto perditissimo filio, quāta maxima potuisset ꝑ optimo. Quē desperatissimū animum non erigat ad spem ingētem hæc similitudo? quē supremis inuolutum sceleribus nō animet, non ad sperandā ueniam solum, uerum ēt ad maxima expectanda præmia? cum uideat hunc, qui sola primū necessitate adductus, ad patrem reuersus sit, tantis perinde honoribus affectum, quasi non dico nihil unq̄ peccauisset, sed in egregia facta semper incubuisset. Tantum ergo quisq; post mercenarij cogitationē, in huius ꝓpositæ similitudinis exēplum, ueros filij affectus induat, & ex animo agnitis uitijs suis, atq; peccatis, q̄uis perditissimus hactenus filius, ad benignissimū hunc patrem reuertatur. agnoscet hic pares cum euangelica parabola in eadē causa esse personas, ut modis omnibus sit sperādus humanissimus idē boni parentis occursus, & æque liberalis receptio filij, si cum seriò pœniteat malè superioris actæ uitæ, eamq; detestetur, qd' reconciliatæ cū Deo amicitiæ pignus ingens est. Nam quēadmodum idem Basilius, cuius dudum feci mētionem, ait, tūc ꝑsuadere sibi quisq; potest, remissa sibi à Deo

fuisse peccata, cum in se affectũ illum sentit, ut dicere possit. Iniquitatem odio habui, & abominatus sum, legem autem tuam dilexi. Scio ego partem hanc ingentem habere latitudinem, ut non æqua mensura omnes illud in se experiantur ac sentiant, quod ait Apostolus. ipse enim spiritus testimonium pbibet spiritui nostro, q̃ filij Dei sumus, sed illud tñ audebo affirmare, in diuerso anteactæ uitæ statu, ei qui redire studiose aliquando decreuerit, suam nunquã defuturã partem eiusdem testimonij spiritus, quæ cousque sedatum illius animũ reddat, ut ne continuis agatur cogitationum fluctibus. nam nihil omnino unquam commoueri tã pene mihi difficile uidetur, quàm mare sine ullo undarum fluctu prorsus reperiri. quod cum propheta se assecutum sperauisset, dixissetq;. ego autem dixi in abundantia mea non mouebor in æternum, mox expertus aliud est, ut dicere rursum cogeretur, Auertisti faciem tuam à me, & factus sum conturbatus. Hæc mihi tuta, atq; ut dici solet, regia uisa est uia, quæ & ijs, qui Deum quærunt, abunde fidendi facultatem subministrat, & inanem illam non tam fiduciam quàm temeritatem explodit eorum, qui Dei gratiam in occasionem carnis conuertunt. Et miror sanè quo pacto inueniri quis possit (quanquàm hac ætate plures repertos audio) qui in pessimè factis quotidie sese exercens, concipere animo hanc fiduciam possit, ut confidat ꝓpitium se habiturum Christum, cuius sanguinis preciũ cõtinuè impijs ac sceleratis operibus contemnat, atq; conculcet. Iubeor (inquit) ex scripturis fidere. non nego, sed quo pacto eædem scripturæ id iubent? fiduciam (inquit) habemus ad Deum, sed quid antea dictum est? si cor nostrum non reprehenderit nos. & , Vos amici mei eritis,

tantumne? Immò si feceritis quæ præcipio uobis, & Si præcepta mea seruaueritis, manebitis in dilectione mea. Cernis ubiq; propositam conditionem? sic & propheta. misericordia autem Domini ab æterno & usq; in æternũ super timentes eum, & iustitia illius in filios filiorum, ijs qui seruant testamentum eius, & memores sunt mandatorum ipsius ad faciendum ea. Verum ut aliquando finem dicendi faciam Patres amplißimi, duabus à uobis propositis quæstionibus, eo consilio dedi operam, ut responderem, ut non solum quod quæreretis, declarare conarer: uerum etiam causæ, quamobrem ista quærantur, occurrerem, & malitiam aperirem, cum eorum, qui peruersis itineribus imputatæ, quam uocant, iustitiæ uocabulo, neglecta recti usus ratione, abutuntur, tum etiam eorum, qui nescio cuius certæ fiduciæ in Deum prætextu, in ipsum Deum & Christum eius ingrati & impii sunt. quæ an sim assecutus, iudicium erit uestrum. ad quos etiã, rectè ne an aliter hæc à me omnia dicta sint, pertinet iudicare.

Dixi.

ISIDORI CLARII BRIXIANI EPIscopi Fulgiñ. De Gloria, ad Patres Concilij Tridentini, oratio prior.



Vm omnia quæ in hoc celeberrimo totius Christiani orbis conuentu sunt agenda, uideã à uobis, præstantißimi, atq; optimi Patres, saluberrimè sapiẽtissimeq; peruestigari, Tum illud in primis, nõ sine maiorum tñ exemplo, prudentiæ plenum excogitatũ est, ut quouis in solenni consessu haberetur oratio, qua uidelicet, uel ignauiores excitẽtur, uel excitati magis inflãmentur, et animi tãtarũ rerum magnitudini pares, atq; in morem arcus intenti semp adhibeãtur. Quod nisi nunc fiat, quonam unq̃, obsecro, tpe uel antea fuit faciẽdũ, uel erit in posterum? Nam post seruatoris Christi Dei aduẽtum, eiusq; cœlestem philosophiã in orbem omniũ terrarum inuectã, quæ fuere unq̃ sæcula cum nostro hoc miserrimo, ac perditissimo cõferenda? quo mores inuersi, dogmata corrupta, diuina, humanaq; omnia confusa, tantæq; omnium oculis offusæ tenebræ, ut uerè Christum nunc in mortalium cordibus mortuum, quẽadmodum olim in cruce accidit, significare uideãtur. Quare in tanta rerũ necessitate, nulla monita, nullæ adhortationes supuacaneæ cuiquam existimari debent, & nihil non tentandũ ab omnibus & exquirẽdum ac proferendũ in medium, dum aliquis adhuc superat halitus, neq; dum Christianæ rei curatio est desperanda. Hæc mecum ipse interdũ uersans, quẽ uos (quæ uestra fuit erga me summa benignitas) quotã esse uestri partẽ nõ estis dedi

gnati, ne istam de me opinionẽ spes omni rursus ex parte frustretur, cogitaui ineundã esse mihi rõnem, & inueniendam uiam qua aliquid et ipse afferã ne ociosus omninò uidear accessisse. Enimuerò cum multa sint ac ferè innumera machinamẽta, quibus antiquus ille nostri generis hostis die noctuq; indefessus ac puigil ad nos fallendos deiiciendosq; uti cõsueuit, tum illa obseruãda in primis sunt, quæ illum in primis ad maxima quæq; facinora à condito orbe, atq; adeò ante orbem fortasse conditũ nouimus exercuisse, quibusq; (ut coniicere mihi in hoc ipso agendarum rerum exordio uideor posse) prouinciã hanc ingentẽ, nisi cauerimus circũspectißimè, concutere molitur. Ea est gloriæ cupiditas, quæ cùm se prius ulla instaurãdæ ruinæ suæ spe, miser perdidißet, hoc tanq; panchresto machinamẽto usus, hominum genus & in ipsis ꝓgenitoribus, et sæpius in eorum posteris perdere est conatus. Videte. n. quantã hoc uitium habeat efficaciam. Purgatissimæ illæ atq; acutissimæ angelicæ mentes, quibus nulla caligo, quæ frequẽtissimè mortales hebetat uisus, obducta est, intuẽtibus, ut tam facile, quẽadmodũ nos, ignoratõe falli possint, ubi hæc gloriæ cupiditas eorum cogitationes inuasit, tam portentosa insania fuerunt occupatæ, ut ad summi rerũ omniũ Auctoris æqualitatẽ accedere se posse sibi psuaderẽt, quare merita sanè ausus tã temerarios sequuta est ultio, ut qui in cœlum ac Dei sedem gigãtum more ascendere sint conati, in ꝓfundissimas abyssos demersi sint. Hoc instructi ipsi experimento, & agnita in sese huiusce pestis ui, nullũ esse præsentius malum ad perdendũ hominẽ intellexerunt. Quare infœlicis fœminæ cogitationi inseruerunt, fore, ut si ligni illis à Deo interdicti, fructu uescerentur, essent ueluti dij,

& hac huius appetitæ gloriæ tãq̃ esca summã generi nostro perniciem in ipso eiusdẽ generis exordio attulerunt. Hæc in prima hominũ origine iacta fundamenta, mox in Adæ liberis iã tũ cæperũt adolescere. Neq;.n.aliã ob cãm in cædẽ fratris Chaimus incitatus est,q̃ q illi sibi à Deo anteferri intelligeret. Deinde in tã ingens ædificiũ puecta sunt,ut si oĩa quæcũq; supioribus oĩbus seculis acciderũt, recensere libeat,maxima quæq; mala ac dãna ab hoc uitio profecta inueniantur. Hinc.n.intẽperans dominandi libido perpetuis calamitatibus populos gentesq; diuexauit: Hinc innumeræ cædes,eæq; miserãdæ,ut sæpenumero filij in parentũ uitam grassati sint, & à quibus in hanc lucem fuissent æditi,eos luce priuarint:fratres mutuis se gladijs trucidauerint;nõ sanguini,nõ ætati ignotũ sit:et à quibus feræ etiã ipsæ,natura extimulante,abstinere consueuerũt, ab iis homo animal ratione præditũ, gloriæ facibus incitatus non abhorret, Hinc in angustum coacti christiani regni fines,dum principes ipsi suã quisq; gloriã,ut sibi psuadent,uel cõseruare,uel augere cõtẽdit, intereà illæ ex gentibus primitiæ,fideiq; nostræ cunabula in impiorũ manibus posita sunt, & homines p qbus CHRISTVS mortuus est,tã innumeros,nostri principes,q à CHRISTO cognomen acceptũ usurpare audent,hostiũ esse ludibrio, prædæ,dilacerationi patiuntur atq; adeò cõmittunt. Rem profectò non fontibus quos propheta postulabat, deflẽdã, Sed torrentibus lachrimarũ. Hinc immanes opes,insatiabilisq; habẽdi cupiditas: Hinc mõstrosa penè dũ splendori studemus,ædiũ structura,& in uictu cultuq; luxuries, cũ intereà infinita inopũ multitudo esuriens sine operimẽto, sine lare ac foco,frigore fameq; conficitur. Hoĩes eãdem

ſortiti naturam, quibus eundem ſolẽ illuceſcere, quos eadẽ ſpirabili aura, eiſdem ex æquo elementis frui Deus opt. Max. uoluit, tanq̃ alterius generis animãtia contẽnuntur. Illi ipſi quos Dei filius Ieſus Chriſtus dñs ac Deus noſter eo honore dignatus eſt, ut fratres ſuos appellauerit, ò uecordiã, ò cimerias tenebras; ij Chriſti fratres, à conſeruis ſuis, metu ne quid humanæ gloriæ deperdatur, tanq̃ ignoti, atq; adeò ueluti res nihili negliguntur: Qui ſi cogitarẽt eoſdem ipſos quos idem omnium dñs Chriſtus hic fratres agnouit, in maximo illo omniũ hominum qui à mundi origine ad illud uſq; tẽpus fuere, conuẽtu cum ipſo Chriſto in gloria affuturos, profectò nõ hos ut cõſeruos tantũ uererentur, uerũ ut cõciliatores colerent, per quos in beatæ illius uitæ ac ueræ gloriæ cõmercium introducerẽtur. Sed ne a ꝓpoſito deflectamus, nõ fuit ſatis huic uitio corporea hæc atq; externa ꝑmiſcere atq; cõfundere, noſq; in illis di uexare, niſi id q̃d in homine præcipuum eſt, ſuo fermento corrũperet ac labefactaret. Nã quid eſt ingenij exercitatiõe præſtantius? qua una in primis re, diuinũ quid eſſe hominẽ intelligimus, cum eũ tot artes, tot diſciplinas cernimus excogitauiſſe. At cũ diſciplinis omnibus ſcopus unus ipſa nimium ueritas ꝓpoſita ſit, qua ſublata, homines innumeros ſe in laqueos induere neceſſe eſt, ubi gloriæ ſtudium animos obſederit, exigua mox, atq; adeò nulla potius interdum ueritatis habetur ratio, cuius inueniẽdæ cauſa dũtaxat in humanæ uitæ uſum inuectæ ſunt diſciplinæ. Hinc tã multæ philoſophorũ ſectæ, eæq; ita diſſectæ inter ſe, dũ efficere conatur unuſquiſq;, ut ea, cui ipſe addictus ſit, cæteris antecellat, ut ſi quis ante agnitos hoſce philoſophos lucis aliquid in ſeſe habuiſſet, illud eſt ipſum lectis eorum

disceptationibus, pugnarumq; labyrinthis, cogatur amittere, Tantum abest ut quicq̃ inde ad ueritatem assequendã cõmodi adipiscatur. Atq; utinã externæ tantum phiæ regionẽ hæc fera deuastauisset, nã ea res christiano orbi utilitati, uel exiguo certe detrimento, ut qua non admodum egeamus esse potuisset, Sed cum in uineã dñi iam dudum inuaserit, decorẽ abstulerit, fructus perdiderit, ut pro dulcibus uuis labruscas iam, aut rectius ut dicã, spinas proferat, quid posthac in re christiana, cui ꝓpositum est una ueritate ipso Deo niti, est expectandũ? Obseruate. n. quæso, mecum attentius: nã hæc est res qua nulla unq̃ esse poterit generi hominum ꝑnicioslor. Habet christiana ꝓfeßio quædã in primis, quibus philosophia illius omnis cõstat, ea uero sunt, fides, iustificatio, recte facta, gratia, libertas arbitrij. Hæc multis ab hinc annorum millibus diuina oracula ita ꝓdiderunt, ut ea uetus quidẽ lex ꝑ Mosen Hebræis tradita, subobscurius quidẽ, sed tñ acutius intuentibus demonstrarit. Noua uero atq; euãgelica tam aperte ꝓtulerit ut quæuis pietate præditæ mentes non multo negocio, quæ saltẽ ad salutem sunt necessaria, per se queant intelligere. Accesserunt è toto penè dicã orbe, uiri doctißimi, qui sua et eruditione et pietate si quid supesset offendiculi, ita uiã cõplanarint, ut uel cæci tutò ingredi poßint, Nunc eadem ipsa post tã multa sæcula, tot adhibita lumina, hanc unã ob causam, ꝙ partem quisq; suã cui se addixit, tueri mordicus uult, perinde in controuersiã uocãtur, atq; obtorto collo ad tribunalia, unde iãdudũ recesserunt, ꝓtrahuntur, quasi de ijs nunq̃ superioribus sæculis fuerit disputatum. Id uerò quanta cum utilitate fiat, cõsyderate. Fides hoc tẽpore ita infidè, atq; adeò ꝓfidè tractatur, ut fructus omnis, qui

proficisci ex fide solet, interea amittatur. De iustificatione, tãta animorũ cõtẽtione digladiamur, ut uideatur metu horum gladiorũ misera delituisse, ut ubinã gẽtium sit, nõ facile inueniatur. Hanc ea tractamus dexteritate, ut ex iustis iniquos, ex impijs impios efficiamus. Rectè facta tã crudeliter ac rabidè exagitantur, ut hæc ætas uẽdicare sibi sola posßit: quòd nunq̃ post cõditum orbẽ uenit antea in dubitationem, ut .s. inquiratur. Num rectè factis dãda sit opera? Num quæ iustè atq; honestè fiunt, boni an mali potius appellatione sint dignãda? Gratiæ uero tã ingrati sumus, ac de ea ita parum gratè uerba facimus, ut ipsam ad laxandas in omnia scelera habenas populis proponamus, eoq; rem deducamus ut Christum Dei filium, qui unã hãc ob cãm sese ad nos demisit ut essemus sancti et immaculati corã eo, omnis licentiæ atq; intẽperantiæ patronum cõstituamus. Liberum deniq;, quẽadmodum hactenus est appellatum hominis arbitrium ita in discrimen uenit, ut uel libertatis nomen, seruitutis appellatione mutetur; uel certè anceps sit cogitatio utrum illud habere necne, utilius fore homini sit statuẽdum. Ita uerum apparet uetus prouerbium. Nimium altercãdo amitti ueritatẽ. Hæc & huiusce generis alia, si ijs animis quibus hactenus factum est, tractauerimus, & philosophi, ijq; pugnacißimi, q̃ piscatorum discipuli in hoc sacrosancto Concilio esse maluerimus, metuendum est ne & nostris, & hostibus simus ludibrio, huius multorũ capitum bestiæ præda facti, cuius nolim existimetis, id me dedisse operã, ut omnium malorum, quæ ab ea p̃ficiscuntur, ordinẽ recenserem: Nã id ego omnino quidẽ si mihi, ut ait Poeta, linguæ centũ sint, oraq; cẽtum, ferrea uox, assequi posse non cõsiderem. Quid.n. scelerum

lerum

lerũ? non hinc lõgè amplius, quàm à cæteris simul uitijs, pa-
dire est existimandũ? qñ præter q̃ qd' tam latè patet, ac in-
gens uitiorũ satellicium secum rapit, ut sunt cõtentiones,
æmulationes, iræ, rixæ, dissensiones, hæreses, inuidiæ, uene
ficia, rapinæ, homicidia, atq; id genus multa, etiam uirtuti
bus abuti, atq; illis ipsis crescere cõsueuit? Quid nõ auda-
ciæ hinc expectetur, qñ (quod in rectis tantũ factis uix li-
cet) plerosq; gloriari in malefactis & in rebus pessimis
exultare, & à scriptura didicimus, & nos etiam nõ rarò
experimur? Quid deniq; nõ sibi polliceri hæc pestis au-
deat, cum proposita seruatori Christo Deo ab ipso mundi
principe, regnorum omnium gloria, nõ desperarit scele-
stimus fore, ut oblata hac tanq̃ offa, ei ad pedes adorabũ-
dus accideret? Hæc uera quidem esse, Patres conscripti,
atq; ijs addi plura etiam posse, ita compertum uobis certò
sciò, ut nullis ad ea cõfirmanda, ægere me uideam argumẽ
tis. Atq; illud præterea uestris bene affectis animis confi-
sus adijciam, decreuisse uos tam immanem belluam omni-
no profligare, & à Tridentinis finibus quàm longissime
relegare, ne uenerandũ hunc cõsessum, à quo noua quædã
orbis terræ reparatio (Dei fauente benignitate) expecta-
tur, ulla ex parte queat labefactare. Sed dubitauerit for-
tasse quispiam. Num hoc affectu carere omnino homines
possint. Alij ne hoc quidem contenti, curiosius quærent
admirati, quam ob rem tam acrem hunc affectũ nobis na-
tura inseruerit, cuius tñ in plerisq; etiam animãtibus alijs
uestigiũ quoddã inesse animaduertitur, certe, ut reliqua
omittam animalia, obseruatum ẽ, Luscinia dũ cantu inter
se certant, quasdã superandi gloria uitã cum cantu reli-
quisse. Ego uerò, quod ad priorẽ pertinet quæstionẽ, bono

uos esse animo iubeo: neq; enim animus est ab appetitu uos gloriæ prorsus auocare, sed à falsa atq; inani (Si qui forte inter tã multos humani adhuc aliquid patiuntur) ad uerã solidamq; transferre, eoq; rẽ deducere, ut q̃ñ hac in parte ob ignorationẽ multa peccantur, agnita rerũ ueritate, qđ hactenus dãno fuit, summæ posthæc sit futurũ utilitati, & hęc suo quidẽ loco, Nunc reliquæ occurrã uestræ dubitationi. Principio illud intelligẽdum ẽ, hominẽ à Deo Opt. Max. ad maxima quæq; ac præclarissima fuisse cõstitutũ, ac propterea oportuisse ut ei eximia ingentium appetitionum, & quæ tanto animante dignæ essent, semina ingeneraret, quibus sanctum hoc atq; altæ mentis capax animal utens, humilia omnia ac caduca despiceret, atq; ad summa tantũ, ad quæ esset conditũ, aspiraret. Nec defuit sanè optimus atq; munificẽtissimus rerum opifex egregio huic & admirãdo operi; quãdo corpori diuinis manibus in humanã hanc speciẽ conformato, animã omnibus numeris absolutã, omnibus cumulatã donis & uerè Pandoræ. Sed longe melius q̃ poetæ fabulantur, donũ inspirauit, quæ præterea tãta prædita esset ui, ut in corpus etiam ita redundaret, ut ipsũ haberet ad optima quæq; obsequẽtissimũ, illudq; ipsa eadẽ suis tanq̃ radijs, uelut regio quodã obtegeret indumẽto, ut q̃uis nudum, nullo tñ uestimentorũ cultu ornari desideraret. Cernere erat in eo cõpendiosum quoddã eorum, quæ Deus hactenus effecisset, exẽplum, ut tanta animæ ac corporis specie constãs, geminum mundũ, & eum qui sola mente cõspici põt, cœlestes illos, uidelicet spiritus, et hunc qui sub aspectũ cadit, referre uideretur. Quã ob causam sapientes uiri, cum tam ingentẽ rerum maiestatẽ in eo contẽplarentur, Vniuersi huius uinculum ausi sunt appellare.

Sed heu calamitatē: homo cū in honore esset non intellexit, cōparatus est iumentis insipientibus, & similis factus est illis, is, quē tantis Deus *honestauerat donis, ut supremæ illæ ac cœlestes mentes ei inuidere potuissent, eò descendit miser, ut iumentorū indueret similitudinē.* Quo *id tādem pacto? generosos illos affectus, qui ad excolendū in primis animum adhibiti illi fuerant, ubi à præscripta sibi à* Deo *lege defecit, ignoratiōis tenebris circūseptus, mox ad corpus ferè, & ea quæ ad exteriorem hominem pertinere solent, in iumentorū morem stultus transtulit: qd' & poetæ, q̄uis huius erroris rōnem atq; elemēta ignorarent, et intuerentur tñ illas cōmunes cum bestijs animi affectiōes ac perturbationes uidētur animaduertisse.* Finxerunt. n. Prometheū *particulā ab omnibus desectā animalibus illi principi* Limo *addidisse, ut ira leones, fraude uulpes, rapina lupos, lasciuia equos, qd' et sacræ literæ sæpe cōmemorant, uitiosis moribus referamus;* Atq; *id usu nobis uenit qd' cu iuspiā regis filio accidere soleret, si ab ipso ortu in syluas expositus, & à pastoribus susceptus fuisset, is nihil aliud, nimirum ut originis suæ ignarus, tractare q̄ pastoralia studia disceret, quē si naturæ forte ingenuitas sic ignarū ad præstantiora aliqua extimularet, ipsa in educatione ac cōsuetudine, facile ī hisce hūilioribus factis detineretur:* Sic *nos, unde sīmus pfecti, nihil cogitantes, ac nostrum genus obliti, nihil origine nostrā dignum aggredi scimus.* Quòd *si nostræ nos interdū conditiōis egregia indoles spōte sua, ueluti sopore ac ueterno quodā graues excitauerit, degeneramus continuò, neq; gradu in nostro integri unq̄ consistimus.* Quod *in hac ipsa re quā suscepimus ptractandam, nunc mecum cognoscite.* Intelligimus *honorē ac gloriā*

diuinum quoddã esse bonum, quæ Græcorũ et sentẽtia est, Nam illius gradibus homines in cœlũ uidentur ascendere. Cum uerò ad maxima quæq; ac honorificẽtißima conditi natura simus, ad ea ipsius naturæ sponte inuitamur: Sed quærẽdo intereà fallimur, ab erroris opiniõe abducti, gloriæ umbrã pro eiusdem gloriæ substantia consectamur. Quem morbũ ab illis generis nostri auctoribus uidemur hausisse, qui et ipsi diuinæ cuiusdã præstantiæ illecti spe, dũ eam maxime quærerent, ab eaq̃ maxime facti fuerunt alieni. Hanc ob cãm maxima hominũ pars in multitudine diuitiarum suarũ gloriantur, Et, quẽadmodum ait Propheta alius, domum domui cõiungunt, & agrum agro copulãt, ut non sit reliquum loci, perinde quasi soli ipsi terrã habitare decreuerint. Alij seruorum gregibus, uestium splẽdore, equorum numero honestari se arbitrãtur. Alij, si eã prædi ti potentia sint, ut ꝓximum quẽq; opprimere, hostem ulcisci, impunè grassari in oẽs possint, illustre id esse ac gloriosum putant. Breuiterq; oẽs ferè derelicto uero gloriæ fonte, effodiunt sibi cisternas: quod olim questus est Deus; quæ aquas nequeãt cõtinere. At ij admonendi tã crasßi erroris tamq; supinæ cogitationis interdũ essent, ac rogãdi, Num cõparandæ gloriæ id studio faciãt: Qui si ob eã ipsam causam id agere se respõderent; rursum essent interrogãdi, à quo potißimum hominũ genere hoc expectarent, à prudẽtibus ne, ac ratione præditis, an à stultis atq; insanis? Hĩc uerò neminem opinor, qui uel parum sanæ mentis habeat, ausurum fateri se tanta in re, ut est gloria, ac tã uehementer expetita, ab insanorũ iudicio potius q̃ sapiẽtum uelle pendere. Sapientis ergo, nõ qui è media Græcia sit accersitus (nã metus esset hunc nimis exactè ac ueluti aurificis state-

ra rem tractaturũ) sed unius è multitudine, & qui popu-lari trutina uti uelit, sententiæ requiratur, atq; ut eorum infirmo animo, quãtum fieri p nos põt, tantũ concedatur. Accipiamus hominẽ cui nondum ulla christianæ philoso-phiæ lux affulserit, et qui præterea à gloriæ appetitione non admodum uisus fuerit abhorruisse. Videte. n. quãtum ipse me ad humanæ imbecillitatis uota demiserim, ut ethni ci uiri, & eius qui nõ nihil hoc morbo potuerit laborare, iudicium in tãta re non recusem: quanq̃ turpe quidẽ est eos qui Christo nomen dedere, alijs q̃ à Christo præfixis fini-bus esse cõtentos, sed istis mos interim est gerẽdus. Is ergo rogatus sententiã, primũ iubebit à definitione, ut intelliga tur quid sit id de quo disputetur, ĩchoari, atq; ita definiet, Gloriã esse illustrem et peruagatã multorum et magnorũ uel in suos ciues, uel in patriã, uel in omne genus hominum, famã meritorum. Dicet, Gloriã esse cõsentientem laudem bonorum, incorruptã uocem bene iudicantiũ de excellen-te uirtute. Item, Gloriã esse frequentẽ de aliquo famã cum laude. Addet, summã & perfectã gloriam cõstare tribus his, si diligit multitudo, si fidem habet, si cum admiratiõe quadã honore nos dignos putat. His definitionibus non erit difficile dijudicare quæ uia ad cõparandam gloriam muniẽda nobis sit, diuersamq; ac lõgè remotißimã esse eã, quam ipsi sibi sua opinione præfixerãt. Si. n. gloria est fre quens de aliquo fama cũ laude, quam merẽtur laudẽ ij, qui priuati cõmodi tantum rationẽ habent? Si ad gloriã perti net illustris et peruagata fama multorũ, et magnorũ me-ritorum, uel in suos ciues, uel in patriã, uel in omne genus hominum; ij qui nihil unq̃ minus cogitant, q̃ ut in ciues, in patriam, in reliquos homines sint benefici, qui tantũ abest

ut id curent, ut contra potius, summo cum & ciuiũ, & patriæ, et hominũ omnium detrimẽto, quærant locupletari, quã gloriæ partem sibi poterunt uindicare? Si requiritur ad gloriã ut diligat multitudo, ut fidem habeat, & cũ admiratione quadam honore nos dignos putet, Diliget hunc multitudo qui sua cupiditate, atq; ingluuie efficit, ut hominum multitudo inedia cõficiatur? Fidem habebit ei aduersus cuius fraudes, insidias, machinamẽta in pximum queq;, Dei atq; hominũ fides est imploranda? Admirabitur hûc, aut dignum laude putabit quispiã, quem suis tantum studere utilitatibus, nullas cõmunis naturæ leges agnoscere, cognatum sibi genus pro nihilo habere, quicquid sub oculorum aspectũ cadit uelle, si poßit, suum facere intellexerit? Si gloria est cõsentiẽs laus bonorum, et incorrupta uox bene iudicãtium de excellẽte uirtute, uiri boni pfectò cui uirtutem, eãq; excellentẽ, deesse uiderint, nunq̃ cõmittent, ut ei diuinæ gloriæ tituli ascribãtur: quam, probi oẽs ex omnibus præmijs uirtutis esse ampliſsimũ præmium cõfitentur, et eum maxime gloria excellere, qui uirtute plurimũ præstet: quæ gloria tantũ abest, ut per se queat consistere, ut eã sequi uirtutẽ uelint tanq̃ umbram, alioqui nõ habere in se quicq̃ cur expetatur. Quamobrẽ apud Romanos quicunq; alia uia quàm bene de republ. merendo, & p uirtutes ac recte facta, honores quæsiuissent, crimine ambitus acerrime notabantur, iubebaturq; ut cui dulcis esset gloria, is uirtutem cõsequeretur, tantãq; uim in medijs illis tenebris habebãt ueritatis radij, ut ille ipse à quo de gloria sententiã postulauimus, cõfessus sit miserrimã omnino esse ambitionẽ, honorumq; cuotentionem. Ob eã, opinor, præcipuè cãm, ꝙ ij, qui solis honorum gradibus magnos se

esse sibi psuadent, illis sunt simillimi, qui cum fingere se maiores q̃ facti a natura sint, uolunt, lignea quædã instrumenta, quas grallas uocant, subijciunt pedibus, ut statura præ alijs admirãda esse uideãtur. Audiuere iã quicunq; longe diuersis itineribus atq; erat ingrediendũ, se gloriã assequuturos hactenus sunt opinati, apertam à uiro ethnico de gloria sentẽtiam, à qua dissentire neminẽ horum ausurum puto, ne, qui in meridiana christianæ philosophiæ luce uitam degunt, ijs, qui uix in sublustri nocte uersabãtur, inferiores esse uideãtur. Audiuere nullũ esse locũ gloriæ, nisi ubi ingentia sint in patriã, in ciues, in omne genus hominũ merita; ubi ea in rectis, honestisq; factis cõfecerimus spacia, ut id simus assecuti, ut diligat multitudo, ut fidẽ habeat, ut cum admiratione quadã honore nos dignos putẽt. Hoc quantũ est? Ita magnum, ut oẽs eum uirtutis numeros pcurrisse necesse sit, qui hãc de se opinionẽ sit tandẽ aliqñ excitaturus. Quid igitur restat faciendũ? nimirum ut uetustis hisce cogitatiõibus positis, in quibus tã ridiculè ipsi sibi ad hoc usq; tẽpus imposuerunt, nouas induant, nisi forte somnijs potius, q̃ rerum ueritate uoluerint delectari. Est. n. omnino persimile somniãtibus, falsis animũ opinionibus occupare, quãdo nulla magis re alia, ij qui uigilant, à somniãtibus distant, quàm q, ea quæ à uigilantibus fiunt, uera: quæ uerò accidunt somniãtibus, falsa sunt. Si ergo pudet hactenus tã profundũ ac pudẽdum ẽt somnum dormiuisse, Age, quicunq; id passi estis, ad diuini Pauli uocẽ expergiscimini. Tẽpus, inquit, est iam nos de somno surgere, hoc est discedendũ a somnijs, quæ ẽt facta tenebricosa appellat: nempe q, ut alibi ait, qui dormiunt, noctu dormiũt. Contra uerò rectè facta, arma & instrumẽta, ac facta lucis

atq; diei uocare consueuit. Sed uereor ne si uos, quamq̃ nolim, Patres conscripti, existimetis me nunc ad uos sermonem cõuertere, neq; de tanto cõsessu tam humilia sentire, sed quãdo cupit omnibus ꝓdesse oratio in ijs adhuc admonendis quos cœpi, perstabo. Vereor ergo, ne si hos ita recens, è ꝓfundis tenebris emergentes, repentè ad clarißimũ euangelicæ ueritatis fulgorẽ, euexero, oculi nondũ assueti tantũ lucis ferre non poßint. Quare, cogitaui uos, quibus id usu uenit, in quodã crepusculo collocare, atq; ita uobiscũ exiguo spacio agere, quasi nos christianos, sed tãtũ homines, hoc est rõne prædita animalia alloqui uidear. Fingamus itaq; uos ea ætate fuisse, qua homines plurimũ de hac dũtaxat exigua uita, nõ de illa ꝑpetua cogitabant. In hoc rerum statu, præcipuã cuiq; opinor futurã fuisse curã sui conseruandi, Tum q̃ natura ad id faciendũ ꝓpensi sumus, Tum uerò multò magis q̃ post breuis huius uitæ usurã, nihil prætereà expectaretur. At cõseruandi sui rõnem unusquisq; uestrũ cogitur affirmare eã ueram esse, cũ integer homo suis partibus oĩbus cõseruatur. Deinde maiorẽ præstantiori parti curã esse adhibendã, et ei præsertim parti, cuius iactura hominis uita periclitaretur. Cũ uerò cõstet homo anima ac corpore, qđ ẽt cum reliquis animãtibus est cõmune, ea animæ pars atq; uis, quæ rõne ac mente prædita est, hominẽ constituit: qua sublata, animal quidẽ, sed homo minime appellari poterit. huius itaq; partis cura in primis habẽda fuerat: qđ quanti faciẽdũ sit, uobis ego hac similitudine subijcere oculis atq; animo affigere conabor. Sit quispiã nostrum, cui oĩum hominũ consensu, nõ Italiæ solùm, aut ẽt Europæ, quãq̃ et hoc esset magnũ, sed totius orbis omniũ terrarum imperiũ promitteretur, hac tantũ

lege ac conditiōe, ut exterior hæc facies in equi, aut leonis, aut cuiusuis bruti animātis effigiem mutaretur, atq; in ferino uultu & uictu tota, quæ reliqua esset, uita degeret, Quis tā insanè esset ambitiosus, qui se conditionē accipere auderet, ꝓfiteri? Et is cū cui hoc usu ueniret, homo esse nō desiuisset, cū ut fabulas prætermittamus, quas in re tā seria locū habere fas non est, in rege Babilonio olim diuina potestate non admodū absimile quid accidisse è sacris literis didicerimus. Si externā hanc corporis formā, quæ homo ipse utiq; nō est, sed hominis potius simulachrū, tanti faceremus, ut ob id simulachrū conseruādum orbis terræ imperium recusaremus Quid tandē, ne id quo uerè homo cōstat, amitteremus, esset elaborandū? At quicunq; criminibus se, flagitijsq; cōtaminant, eos ab hominis natura desciscere, et belluinos induere mores certū est. Hinc illæ Pythagoreis excogitatæ animorū in corpora trāsmigrationes: hinc in diuinis libris diuersorū animalium appellationibus uocati homines ut lupi, leones, equi, canes, uulpes, sues identidē uocitentur. In illo ergo quem dudum describebamus statu dedissetis ꝓculdubio operā, ut qd' agendum esset uitæ, uos ipsi uiueretis, nō aliquæ pro uobis bestiæ, et rōne præditi animātis mores haberetis, qd' nihil aliud ē q̄ semꝑ cū rōne cōgruere, & ea quæ secūdū naturā sunt, ita legere, si uirtuti nō repugnauerint. At huius generis homines, nunq̄ diuitias, gloriā hanc, externūq; splendorē, ut rē honestā & expetendam sunt admirati, & dū humanæ mētis uestigia apud eos fuere, id unum honorificū esse prædicabant, qd' sapienter, iustè, cōstanter ac moderatè esset factum. Minima erat eis rei familiaris amplificādæ cura maxima societatis & cōmunitatis ciuiū, Censebant eandē

esse debere utilitatẽ uniuscuiusq; & uniuersorũ, quam si ad se quisq; raperet, oẽm humanam dissolui societatẽ. Aiebãt id a natura præscribi, ut hõ homini, quicunq; sit ob eã ipsã cãm, tñ qd' is homo sit, cõsultũ uelit. Itaq; necessario scd'm eãdẽ naturã oĩum utilitatẽ debere esse cõem. Quòd si ita est una cõtineri, oẽs & eadem lege naturæ. Quãobrẽ princeps apud illos erat cõis utilitatis cogitatio: hinc illi Fabricij, Curij, Cincinati, Pauli, qui domi tenues, foris clari, seruata semp priore rei familiaris inopia, rẽ tantũ publicã amplificabant. Intelligebant.n. nõ opes atq; libidines, & uitæ luxũ, sed rectè facta splendorẽ afferre hoĩbus, cũ multò magis, ut huius generis hoĩes pdicant, scd'm naturã sit celsitudo & magnitudo aĩ, itemq; cõitas, iustitia, liberalitas, q̃ uoluptas, q̃ diuitiæ, q̃ ipsa (mirificum ab Ethnicis psectum uerbũ) uita, et multo magnificẽtius pro oĩbus gẽtibus (si fieri posset) cõseruãdis aut iuuãdis, maximos labores molestiasq; suscipe, q̃ sibi tantũ uiuere, nõ mõ sine ullis molestijs, sed ẽt in maximis uoluptatibus, oĩbus copijs abundantẽ. Quocirca nihil magni quicq̃ faciebant qd' nõ eßet cũ uirtute coniunctũ, & nõ solũ pluris putare qd' utile uidebatur, q̃ qd' honestũ, sed hæc est inter se cõparare. & in ijs dubitare turpissimũ erat. Itaq; cũ se ad honestatem tantũ natos agnoscerent, fuere q̃plurimi, qui uni uirtuti appellationẽ boni tribueernt: cætera, & corporis & externa, nullo mõ bona appellãda cõtenderẽt. Alij minus ẽt seueri, honestũ tñ ita bonũ asserebãt, ut oĩ pondere grauius eẽt q̃ reliqua oĩa, quæ si ex altera pte, quẽadmodũ in lãcibus fieri solet, collocarẽtur, uix minimi momẽti instar hẽrent. Cernitis, ò uiri, quantũ sola naturæ nostræ cõtẽplatione, psectũ sit? Atq; absurdißimas fuisse priores il-

las cogitationes nūc demū cōſpici apertiſſime, cū eſt intel lectū, rōnem ac mentē præcipuā eſſe in hoīe, atq; adeò quæ una hominē faciat partem, ut tantiſper ſolū uiuatur, dum ſecundum eā partē uiuitur, quā interiorem hominē ſol noſter Paulus appellare ſolet, quē etiā innouari in dies magis iubet. Sed qñ apud eos uerba facio qui Chriſtum Dei ſapiētiā, et eum, in quo ſunt oēs theſauri ſapiētiæ et ſciētiæ abſconditi ꝓfitentur, tēpus nunc eſt, ut poſtq̄ noſtri iam oculi lucē ferre cōſueuerunt, ad illum fulgentiſſimū ſolem cōuertamur, et ab eo, cū humanæ rōcinationes, neq; ſatis rerum aſſequi exactā ueritatem queant, et fallātur interdū, certam, definitāq; de gloria ſententiā accipiamus, à qua diſcedere et ſceleratiſſimū et ꝑnicioſiſſimum fuerit. Quare adeſtote tota mēte atq; omni animo, et cū me hactenus, attentè (qua fuiſtis benignitate) audieritis, qd' reliquū eſt, ut multo attentius audiatis; non me, ſed diuina, quæ ꝓferētur oracula, et ipſum Ieſum Chriſtū Deū, ac Dei filiū, cuius au ctoritate nitetur oratio, poſthac loq existimatote. Illud uerò in primis ueſtris infigi animis uolo, qd' ſecuturæ nar ratiōi ſummo futurū eſt adiumēto, ipſum Dei filium nō eā ſolū ob cām ad nos deſcēdiſſe, ac naturā ſuſcepiſſe hāc noſtrā, ut poſt exanthlatos huius uitæ labores, beatis illis in cœlo ſedibus frueremur, uerum ēt ut in hac ipſa uita, quiſcunq; eius parere uoluiſſent legibus, longe meliore q̄ cæteri, futuri fuiſſent cōditiōe: qd' ipſa illius uerba mihi ſignificare uidētur uoluiſſe, cū ſe ueniſſe dixit ut uitā haberent homines, et haberent copioſius. Ad quā rem aptius demōſtrandā, latius ſuo loco erit exſpaciādū. At gloriā, rē unā eſſe, ex ijs, quæ expeti maxime ab hominibus ſoleāt, ſacræ interdū literæ declarāt, cū nō ſolūm mutabiliū rerū ſplendorē, uerum ēt illam ingentē bonorū, quæ expectamus, co

piam ac fœlicitatē, gloriam appellare cōſueuerunt. **Hanc** *ergo partem Seruatori ipſi noſtro curæ fuiſſe, ne ea in hac ipſa uita frauderemur, nihil eſt nobis dubitandū. Nunc ſuperest, ut quæ de hac re præcepta dederit, quæ monſtrarit exempla, q̄ poſſumus, diligentiſsime perueſtigemus.*

Sed uideo, Patres cōſcripti, tā anguſta mihi nunc tpis ſpatia eſſe circundata, ut cum iā finiendæ potius oratiōis, q̄ dicendi ratio habēda ſit, et maxima adhuc atq; grauiſsima rerum ſupſit tractāda materies, in alterum diē, quæ reſtant, ſint reijcienda. Nā etſi uos hactenus patiētiſsimos in me audiēdo, atq; adeò libētiſsimos, & maxime fauentes linguis atq; auribus affuiſſe animaduerti, uitanda tn̄ eſt tātis in rebus ſatietas: quæ efficere plerūq; ſolet, ut res uel optimas, uel ornatiſsimè dictas faſtidiamus et auerſemur. Neq; uerò horæ quæ in ſolenni hoc cōſeſſu aſsignari ſolent, patiuntur, niſi impudens eſſe uelim, et nimium mihi placens, ut lōgiori oratiōe ampliſsimo huic, uenerādiſsimoq; Senatui obſtrepā. Satis prætereà hodierna dictione ſumus aſſequuti, ut poſt dāna ante oculos breuiter cōprehenſimq; poſita; & mala quæ e x abuſu ac ignoratiōe gloriæ pficiſcuntur, ſola naturæ noſtræ contēplatione, & ratione ac mentis uſu, abſurdiſsimā ac generi hominum pernicioſiſsimam de gloria opinionē, qua maxima hominum pars ſummo cum omnium diſpendio fallitur, e medio ſuſtulerimus, uiamq; cōmōſtrauerimus, qua, gloria cōparetur. Qui uerò modus illi quærendæ ac adipiſcendæ ſit adhibendus, ut ea uti cùm ſua, tùm proximi cuiuſq; maxima cū utilitate homines queant, id ſequuturæ orationi, quam ſumus polliciti, ac Deo ueſtræ pro me precationi, fauente, præſtare conabimur, eſt reſeruandum.

ISIDORI CLARII BRIXIANI EPIscopi Fulgiñ. De Gloria ad Patres Concilij Tridentini, oratio posterior.



Vo pacto uenerit mihi in mentem in sanctissimo hoc cõuentu, Patres conscripti, perpetua oratione de Gloria uerba facere, mirari, post absolutã superiorẽ orationẽ, penè apud me ipse cœpi, qui nouo exẽplo rem eiuscemodi in solẽni hoc cõsessu, eo ordine, quẽ iam institui, tractandã suscepisse ausus sim: cum cæteri qui hoc loco habere orationẽ uolunt, lõgè diuersa uia ingredi cõsueuerint. Sed puto spũm illum sanctum, quẽ manifestis indicijs uidere mihi uideor, suæ inter uos præsentiæ facere significationẽ, dum ea sumministrat, quæ tum demũ, aut potius tũc solùm ab eo pfecta agnoscimus, cum facta sunt, eundẽ ipsum effecisse occulto suo illapsu. ut in hanc uenirẽ cogitationẽ, ut uestras mentes aplica illa uniuersa armatura, aduersus pestilentissimũ hunc hostem muniret, quẽ debacchari, ubi primum sese obtulisset occasio, in clarissimo hoc cœtu uelle cerneret. Etenim cũ maximis in rebus, et instaurando toto christiano orbe, quẽ collapsum cernitis, uersandũ uobis sit, cõtinuò gloria, quæ maximi cuiusq; negocij esse comes solet, atq; ambitio, quã subtile malum, & occultã pestem, ac secretũ uirus nõ temerè uir quidã præstans appellauit, ueluti fermẽtum qdďã, quicquid egregiè factũ fuerit, corrũpet, ac tãq̃ præstigijs nos quibusdã atq; animos nostros fascinabit, nisi circunspectè oẽs inuadendi nostri aditus illi occluserimus, et tanq̃ in munitissima nos arce fortissimis christianæ philosophiæ documẽtis circum

septa collocauerimus. Nã quæ ab externis accipiũtur, multum et illa ualent quidẽ, quẽadmodum supiori oratiõe est demonstratũ. Sed nõ ita in animum agere, & in illius interiora penetrare ut ignitum Dñi eloquium possunt. Viuus est.n.ait ille, sermo Dei, et efficax, & penetrabilior omni gladio ancipiti, pueniens usq; ad diuisionẽ animæ ac spũs. Quare si etiã eos auctores haberemus, qui et apud Græcos et apud nostros scripsere de Gloria, eaq; contẽnenda, non essent tñ hi satis ad liberãdos ab hoc morbo homines, Cui rei illud argumẽto esse põt, q in toto ethnicorũ genere nõ facile quẽq reperias, qui uerè gloriã ac seriò calcasse prædicetur. Quid uerò nostra hæc è cœlo allata philosophia in nostris sit assequuta ut diuina, iure quẽadmodum est, ita et agnoscatur quãtũcunq; uires suas in ijs, qui eã suscepe= rint, exercuerit, et si perspicuũ cuiq; est, qui uel mediocriter res christianas agnouerit, suo tñ loco, neq; ita multò præest, declarabitur. Nunc pergamus reliqua: sed pfuerit opinor, anteq̃ progrediamur, in eorũ morẽ, qui in mõtem aliquẽ conscẽdunt, subsistere paulisper, cõuersosq; respicere quantũ hactenus uiæ cõfectum sit, et quo ordine usi fuerimus. Qua in re diuinã ego quandã uim pfectò oratiõi meæ lucẽ prætulisse intelligo, quæ effecerit ut, q̃q̃ id anteà non fuerã meditatus, ea in dicẽdo seruata ratio à nobis sit, quã in curandis egrotis medici adhibere cõsueuerunt. Nã ubi periculosum morbi genus ante oculos ppsuimus, multoq; plura secum afferre mala unum hoc uitium, q̃ cætera simul omnia demonstrauimus: qua arte medici quoq; uti frequenter solent, cũ in officio cõtinere egrotũ, eumq; sibi obtemperantẽ parare uolunt, mox ad morbi cãm pquirendo descendimus: qd' tam est in re medica necessariũ, ut nisi cognita prius prauæ ualetudinis cã, remedia, quæcũq; ad=

hibentur, salutaria (nisi pdesse illa fortuito cõtingat) esse nullo modo possint. Cognita uerò morbi origine, aggressi sumus ea primò medicamenta adhibere, quibus in ipso curatiõis initio locus ille animi nostri stomachus facilius assuescere posse uideretur. At efficaciora, & quæ maiorem uim habere ĩtelligeremus, huic oratiõi reseruauimus, quæ ut intimis in sensibus nostris agãt, uiresq; suas ita exerant, ut incolumes ac ualentes munus officij sui strenuè exequi oẽs possint, immortalẽ Deum precor ac quæso. Supiori oratione cùm ijs hominibus, qui prauis studijs ac rõnibus, gloriã se posse adipisci arbitrarẽtur, persuadere conaremur lõgè diuersa, atq; hactenus esset factũ, id fuisse tentãdum uia, humanis dũtaxat, atq; ab humana ratiocinatione petitis argumẽtationibus usi fuimus, quæ q̃uis multum, ut dudum dicebamus, uiriũ habeant, ut illis cogãtur homines assentiri, illa tñ uetusti hominis, qui in nobis habitat, moles ita plerũq; deprimit, ut cum meliora uideamus ac pbemus, frequentius tñ sequamur deteriora, quẽadmodũ est ẽt ab Ethnicis obseruatum. Quare maiori opus est acriorìq; adiumẽto, atq; humana cõditione prestantiori, quo & clarius illustratæ mentes & altius euectæ, humilia omnia despiciant atq; contẽnant, eoq; semp pspectent, ubi ueræ gloriæ sedẽ intellexerint collocatã. Hoc præstare eloquia diuina sola possunt; et unigenitus ille Dei filius ac sapientia Patris, cuius aduentu explosæ tenebræ sunt, quæ orbẽ omnium terrarũ obsederant; et uera lux generi nostro, qd' ut dixit Esaias, in tenebris et umbra mortis habitabat, tandẽ aliqñ est declarata. Huius nos uerbis fidẽ habere omnibus modis æquũ est. Nã cum de nobis ppheta dicat, oẽm hominem esse mendacẽ; hic ueritas est ut nõ sit metuendũ, ne illius sentẽtiã sequuti decipiamur. Est præterea nostri amã

tißimus, q̃ nos semp honestissimos, nisi defuerimus ipsi nobis, esse uelit. Cuius suæ uolūtatis aptissima signa præ se tulit cū demisit se tāta maiestas Dei filius ac Deus, & nō angelos, sed semen Abrahæ suscepit in similitudinē hominū factus, et habitu inuētus ut homo. Humiliauit semetipsum factus obediēs Patri usq; ad mortē: mortem aūt crucis, ut nos à miserrima ac uetustißima seruitute liberatos, in uerā ac beatā libertatē uindicaret. Qui ergo ipse se atq; in eū modū nobis dedit? cur nō multò facilius reliqua oīa secū largietur? Quare audiendus iā ipse est, nobisq; pspiciendū q̃d ille nos cùm uerbis, tùm factis in hoc gloriæ negocio curauerit admonēdos. Primū ergo, si facta eius puestigemus, nunq̃ illū, sicut hanc, quā tāti hoīes faciunt, semp spreuit, ita uerā fuisse gloriā aspernatū reperiemus: qd' adeò sic cognoscite. Libet. n. ab ipsis susceptæ nostræ carnis primordijs exordiri, quo tpe is Matrē sibi tenui quidē fortuna (nā hoc solidā illā, ac se dignā gloriā nō obscurabat) et nullo opū splēdore delegit, eodē ipso tpe eā esse uoluit, cui Angelus è cœlo generādū ab ipsa Deū prædixerit, et quæ obūbrāte sctō illo spū uirgo cōceperit, et uirgo peperit. Is ubi natus primū est, pānis quidē obuolutus, pseepe p cunis nō est auersatus ille rerū (ò admiranda mysteria) omniū opifex, Sed cōtinuò hymnis celebratur angelicis, et nouo stellæ ortu, lōgo terrarū interuallo, Caldeorū sapiētibus uiris indicatur, ut pphеticas de eo Simeōis et Annæ uoces taceā. Vbi uerò declarare se mūdo uoluit, q̃ uarijs ijsq; admirādis, sese aperuit argumētis? Nūc Patris è cœlo nō semel demissa uoce; nunc curādis morbis, atq; excitādis ad uitā mortuis, calcato siccis pedibus mari, sedatis imperio fluctibus, significata discipulis sua coram Mose atq; Elia maiestate, offusis eo ipso tpe, quo teterrimo ac crudelißimo

lissimo mortis genere, cruce afficiebatur, mũdo tenebris, idq; nouo, et antea ignoto naturæ more: quas tenebras, & terræ motus, et petrarũ scißio est cõsequuta. Post triduanũ sepulchrũ ipse se in immortalẽ uitã uictor excitauit, et intuẽtibus suis est demũ receptus in cœlũ: unde et ꝓmissum iã spũm sanctum in rudes, et omniũ egenos discipulos mittens, ꝑ eos orbẽ terræ eiusq; tum sapientiã, tũ potentiã oẽm subegit, agnitũq; est hũc esse Iesum Christũ Deum ac Dei filiũ, ad cuius nomẽ oẽ genu flectetur, cœlestium, terrestriũ, et infernorũ, et omnis lingua cõfitetur dñm esse Iesum Christum, idq; in gloriã Dei Patris, ad quẽ referre omnia cõsueuerat, et ad cuius declarandã gloriã omnia et agebat et loquebatur, Quã ob cãm et Pater quasi uicẽ rependẽs, dato illi nomine, qđ nomen oẽ superaret, hunc in ingentẽ illam, quã diximus, extulit celsitudinem.

Cernitis, Patres cõscripti, Seruatorẽ ipsum nostrũ, eundẽq; Dei sapientiã sapiẽtißime nos factis ipsis, quæ agẽdæ uitæ nobis ꝓculdubio exẽpla ꝓposita sunt, admonere uoluisse, ne quãq̃ se ꝓhibere, (Quid.n.unq̃ aut boni, aut magni ijs inuideret, aduersum quos tãtã declarauit charitatẽ?) quominus gloriã exquiramus. Sed expetendã eã esse quæ nos deceat, et eos quos ipse summus omniũ Pater, filiorũ appellatiõe est dignatus. Quare, ut q̃ lõgißime nos ab humilibus nobisq; indignis appetitionibus auocaret, nunq̃ ijs uti uoluit, quæ stulti homines erroris opinione, solã splendorẽ afferre, et gloriã cõparare, sibi ꝑsuadent: qualia sunt, generis nobilitas, opes, prædia, uestiũ nitor, satellitiũ, atq; adeò regnũ ipsum, qđ oblatũ iccircò fuit auersatus, q̃ rerum maiestati, quã nobis parabat, minime esset cõsentaneũ. Quæ rõ, etsi mihi uidetur apertissima, eã tñ hoc pacto conabor efficere aptiorẽ. Videte.n.iubet ipse ut à se discamus, q̃ mitis sit atq; humilis corde. Detestatẽ ergo sup biã animiq; elationẽ? Nimirũ. At, quid tã est elatũ, q̃

ad cœlestis atq; immortalis regni aspirare dignitatẽ? Et tñ id ipse in primis curat ut adipiscamur, ut q̃ramus urget: reprehẽditq; eos, qui ad hoc studiũ sunt negligẽtiores. Quã ob rem ista, obsecro? Nẽpe q̃ dum nobis digna quærimus et ad quæ sumus facti, uult hoc uirtuti esse ascribẽdũ. Cõtrà uerò, ubi demitti nos ad humiliora cernit, quibus expetitis degenerat animus, id uitio esse dandũ iubet. Atq; hoc loco id accidit, qđ regi cuipiã usu eueniret, cui si filius esset, qui neglectis regni cogitatiõibus, humillima quæq; sectaretur, inq; ijs in primis oblectatus uersaretur: In hunc pfectò cõmoueretur pater, iuberetq; ut quis esset, meminisset interdũ, deq; regno administrãdo, qđ uni sibi esset reseruatũ, tantũmodo cogitaret. Eadem quoq; reliquarũ affectionũ rõ est, ut inuidiæ, odij, cõtẽtionũ, irarum, gulæ, ac uẽtris, et eorũ quæ sub uẽtre sunt: quæ uitiosa iccircò habenda decreuit, q̃ illa omnia ad quæ ista pspectãt de gradu nos ac dignitate nostra deijciunt. Q đ ita esse, ẽt ex eo facile intelligimus, q̃ eiusmodi affectus in bestijs ac reliquis animantibus nõ dãnantur, ppterea q̃ ab eis nihil celsius quicq̃ expectatur, cui assequẽdo appetitiões istæ, affectionesq; esse poßint ĩpedimẽto. Alioqui qđ attinuisset inuidere aut phibere potius ista homini, quo minus in uoluptates se oẽs ingurgitaret, cuius gratia omnia, quæ sub aspectũ cadũt Deus ipse cõdidisset? Hactenus ex Seruatoris Dei factis, Patres cõscripti intellectũ est, nos ad gloriã pculdubio, et illã ueram, solidãq; inuitari, qđ et uerborũ suorũ oraculis aptißime significauit, ut quũm dixit. Ego autẽ dispono uobis regnũ, sicut disposuit mihi Pater, ut edatis, et bibatis sup mẽsam meã ĩ regno meo. Et alibi. Nolite timere pusillus grex, q̃n quidẽ placuit Patri uestro dare uobis regnum. Quã ẽt ob cãm prædicatio hæc nostra appellatur euãgeliũ regni, cuius, quã ingentẽ habituri simus partẽ, & quasi ex æquo hereditatẽ cũ Christo diuisuri,

diuinus Paulus quodã loco studuit indicare. Hæredes, inquiẽs, Dei, coheredes aũt Christi. Et alibi admirabilius, Seruatorẽ expectamus dñm nostrũ Iesum Christum, qui instaurabit corpus humile nostrũ, ut eandẽ, quã et gloriosum ipsius corpus, formã sit habiturũ; quã supremã cùm munificentiã, tùm benignitatem quis ꝓ dignitate admiretur? ut unigena ille æqualis sũmo Patri nos puluerẽ ac cinerẽ, pari secum gloria uelit cõdecorari? Quæ cogitatio si bene penitus nostris pectoribus insideret, essemus ꝑfectò ad ei obsequendũ, et unà eius quærendã gloriã, cum præsertim hoc pacto ipsi nobis eã cõparemus, multò, q̃ sumus paratiores, magisq́; animati. Sed, ut dicebamus, agnitũ est, uelle Deum nos ad gloriã esse factos, eáq́; infinitã atq; incõprehẽsam, quã ꝓpheta multò ante contẽplatus, Oculus, inquit, nõ uidit Deus absq; te, quæ ijs qui te diligunt, præparauisti. Alius itẽ ꝓpheta magnitudinis loci appellatiõe effingere illã rerum magnitudinẽ conatus. O Israel, inquit, q̃ magna est domus Dñi, et ingens locus habitatiõis eius? In eundẽ modum Paulus, cũ assequi se nõ posse cerneret, ut ea eloquerentur, quæ humanis exprimi uocibus nequeunt, spacio quodã ante animi oculos ꝓposito, Vt possitis, inquit, cõprehẽdere cũ omnibus sanctis, quæ sit lõgitudo, latitudo, sublimitas, et ꝓfundum. Is ergo qui se tãtæ nobis gloriæ auctorẽ ꝓposuit, quo eã pacto adipisci nobis liceat, quid doceat, est audiẽdus. Q̃d' uerò dicẽdi genus hac in parte est ab eo expectãdũ, q̃ qđ' ipse de se et uerbis et factis significauit? Oportuit. n. inquit, Christũ pati, itaq́; intrare in gloriã suã. Quare cũ nõ supeesset alia nobis illius adipiscẽdæ rõ, admonuit et nos, Si quis, inquiẽs, uult post me uenire, abneget ipse se, et tollat crucẽ suã & sequatur me: Discipulisq́; regni gloriã expetẽtibus, cõfestim calicẽ crucẽq́; ꝓposuit, quæ una rõ est muniẽdæ nobis ad cœlũ uiæ. Vt si inspiciamus queẽadmodũ alibi admonemur in ducẽ fidei, et cõ

summatorē Iesum, qui ꝓposito sibi gaudio sustinuit crucē cō=fusione contēpta, atq; hoc pacto in dextra sedis Dei cōsedit. In quā unā supremāq; post omnia superata pericula ꝓspecta=re gloriā ita nos uoluit, ut ne discipulorū quidē gaudium, & latentē quandā gloriationē approbarit, qui ei significauerāt ēt spūs illos rebelles sibi subiugari, Sed mox admonuit ut eum recordarētur, qui ob iactātiā miser corruisset, dixitq;. Vide bā Sathanā sicut fulgur cadentē e cœlo: Quare, nolite gaude re q̄ spūs uobis subijciātur, sed potius q̄ nomina uestra scri=pta sint in cœlis, q̄a nimirū nihil huic p̄hiæ, quā cœlum para tur, tā sit impedimēto, q̄ hic quæsita gloria. Quod Seruator Iudæis obijciens dicebat. Quō uos potestis credere, qui glo=riā mutuò accipitis, & gloriā, quæ à solo Deo ē, nō quæritis? Quos idē euangelista criminatur, q̄ dilexerint gloriā homi=nū magis q̄ gloriā Dei, cum ex principibus multi in Dn̄m cre didissent: nec tn̄ ob Pharisæos eū cōfiterētur, esse qui erat, ut à synagoga nō eijcerētur. Quibus dn̄i Seruatoris nunc cōme moratis uerbis satis mirari nō possum quid cuidā è nostris in mentē uenerit, ut dicere sit ausus licere homini christiano nō oblatū solùm accipere honorē, uerum ēt expetere. Si.n. obla tā ab hoībus gloriā accipere Veritas ipsa Christus admonet esse quandā alieni à fide ac pietate animi significationē, atq; à cultu Dei, dicente Aplo, Si adhuc hominibus placerē, Christi seruus nō essem, ij qui non datā quærunt, deteriore ꝓculdubio erunt cōditione. Quod à præstātißimo ēt illo uiro ac uerè ma gno Basilio an̄ nos fuit obseruatū. Si ullo pacto quærēda glo ria est, cur præcipitur, ut qui hoc mundo utūtur, ꝓinde se ha beant ac si nō utantur? Quis erit illis magnificis adhortatio=nibus locus, ut in omnibus exhibeamus nosmetipsos, sicut Dei ministros, in multa patiētia, in afflictiōibus, in neceßitatibus, in angustijs, in plagis, in carceribus, in seditiōibus, in labori=

bus, in uigilijs, in ieiunijs, cæterisq; eius generis multis? Quid relinquitur exquirēdi honoris spaciū ei, qui se dicit in quotidianis uersari mortibus? Ministri, inqt, Christi sūt? plus ego. Quo tādē id pacto? In laboribus copiosius, in carceribus abūdātius, in plagis supra modū, in mortibus frequēter. A Iudæis quinquies quadragenas plagas, una minus, accepi: ter uirgis cæsus sum: semel lapidatus sum: ter naufragiū feci: noctē & diē in pfundo egi: in itineribus sæpe; in periculis fluminū, periculis latronū: periculis ex genere, piculis ex gētibus, piculis in ciuitate, piculis in solitudine, piculis in mari, piculis in falsis frībus: in labore & erūna, in uigilijs multis: in fame et siti, in ieiunijs multis: in frigore & nuditate, præter urgētē illā cotidianā solicitudinē oīm ecclīarū. Quàm lōgè fuisse ab appetitiōe gloriæ iste censendus est, qui cum sibi ob Christi rē tuendā, in his quæ cōmemoraui, esset gloriandū, uerecūdū in morē id egerit, seq; insipiēter agere sit pfessus, petieritq; ut tanq̄ minus sapiēs gloriari pmitteretur. Quodq; hisce oībus est admirabilius, & quoduis superat dicēdi artificiū, ut res tantæ gloriæ extenuaret, ista oīa ībecillitates appellauit. Si gloriari oportet, inquiēs, quę infirmitatis meæ sunt gloriabor. Neq; uerò minoris fuit, nō artis solū, Sed animi multo magis ab omni prsus ambitione alienissimi, cū ueniendū sibi esset ad uisiones & reuelationes Dñi, nomē suū cōticuisse, & nescio quē hominē in Christo introduxisse. Optasset Paulus si hac uia Christi augēdæ gloriæ inseruire potuisset, relegari a Christo, quo nihil ei erat antiquius, atq; adeò præ quo totius mūdi regnū imperiūq; nō in hoīe solū, sed in Angelos ēt recusauisset, nullūq; q̄uis maximū dānum respuisset, ne illo destitueretur. Nā tale quippiā significare illis mihi uerbis uidetur uoluisse, cū dixit. Persuasū habeo fore, ut neq; mors, neq; uita, neq; angeli, neq; principatus, neq; uirtutes, neq; præsen

tia,neq; futura,neq; altitudo,neq; ꝓfundũ,neq; creatura alia possit nos separare à charitate Dei,quæ est p Iesum Christũ dñm nostrũ. Hoc,inquã,erat animo Paulus. Et nos expeti ab homine christiano gloriã posse,nobis persuadebimus? Apagete tã humiles tamq; hac philosophia indignas cogitatiões, quæ mihi uidẽtur Aristotele nescio quo potiꝰ,niti,q̃ Christo, & cũ eodem Paulo eruditissimo christianæ doctrinæ magistro,exclamet quisq; nostrũ. Ego uero,absit ut glorier nisi in cruce Dñi nostri Iesu xp̃i p quẽ mihi mundus crucifixus est, & ego mũdo, Quam.n.a mũdo expectare cupiat gloriã, cui ipse,& quẽ sibi in crucẽ actũ esse uelit? Et illud nihilominus euidẽs est ad horũ ineptias refutãdas,cũ ait. Nõ quærẽtes ab hoĩbus gloriã,neq; a uobis,neq; ab alijs. At quænã uirũ xp̃ianũ deceat gloriã ex eisdẽ fõtibus hauriamus. Gloria,inquit, nostra hæc,testimoniũ cõscientiæ nostræ. Cui quæ unq̃ alia, quæcũq; ꝓficisci ab hoĩbus possit,ꝓ dignitate cõparabitur? Cui simile illud est unusquisq; opus suũ ꝓbet, & tũc in semetipso tantũ gloriã habebit,& nõ in altero: Vt .s.curet quisq; quo pacto opus suũ corã Deo probatũ reddat,& nõ quomõ ab altero laudẽ uenetur; Vt examinet quisq; sese,neq; existimet se aliqd esse ex alterius cõparatione. Nã ad diuinæ legis regulã metiri facta nostra debemus,nõ ad infirmitatẽ eorum qui nobis uideantur inferiores. Alio itẽ loco. Quæ est.n. nostra spes,aut gaudiũ,aut corona gloriæ? Nonne & uos ante Dñm nr̃m Iesum christũ in aduentu eius? Vos.n.estis gloria nostra & gaudiũ, Nimirũ uñ totius rei summa in prædicationis euãgelicæ incrementũ ac Christi gloriã redũdaret. Per quã gloriã iurãs interdũ, Per gloriationẽ,aiebat, nr̃am quã habeo in Christo Iesu: uolebatq; ut quicũq; gloriari uellet,in Dño gloriaretur, In quẽ modũ & multò antè fuerat à ꝓpheta dictũ. In Dño gloriabitur aĩa mea. Et sanè quidem,si non

aliud, duo certè, Patres cõscripti, uel tria potius, persuadere nobis nullo negocio debuissent, ut nihil de nr̃a, sed de Dei tantũ gloria cogitaremus. Primũ si, p merita nr̃a, quæ sint, ĩtelligamus, qd nobis, obsecro, præter ĩnumeras cruces, æternũq; in geennã exiliũ ab iustissimo iudice, aliud debetur? Deinde qd' quicqd sumus, qd' sapimus, qd' uiuimus, qd' habemus nihil nobis, sed oĩa Deo referẽda accepta sunt. Quid.n. habes, inquit, qd' nõ acceperis? qd' si accepisti, quid pinde gloriaris q̃si nõ accepis? Postremo qđ eò nobis maior fit ab ipso Deo accessio gloriæ, quo nos minus de nr̃a gloria sollicitos esse cõspexerit; qd' nõ de expectata solũ in beatis illis cæli sedibus, sed de illa ẽt, quæ ijs qui se totos, suũq; (ut ppheta ait) oẽ onus in Dñm piecere, exhiberi solet, uelim accipiatis. Qua in re declarãda, præstabitur illud ẽt, qd' priori uobis oratiõe sum pollicit⁹, cũ dixi, Seruatoris uerba illa, qbus se uenisse ait, ut sui uitã hẽrent, eãq; locupletiorẽ, ad præsentẽ ẽt uitã esse referẽda. Cuius rei dũ à me rõ redditur, attẽtis, quẽadmodũ hactenus fecistis, nũc q̃maxime animis adestote. Cum.n. hac una plurimũ in parte laboret hoĩum ĩbecillitas, ut ne quid de huius uitæ cõmodo, bonisq; deperdatur, si pbauero nos hac uia, qua ĩgredi decreuimus, omnia copiosius, q̃ reliquis uijs oĩbus esse cõsequuturos, nihil præterea, quo minus in Christi sentẽtiarũ et pedibus eamus et manibus, erit impedimẽto. Ac primum quidẽ cum in his pbandis nulla cuiusq̃ nostrũ ratiocinatio eã uim habere apud nos debeat, quã ipsius seruatoris auctoritas ac pmissa, Scimus oẽs, quibus euãgelica nota historia est, eum esse pollicitũ, fore, ut quicũq; parẽtes, uel frẽs, uel sorores, uel domos, uel agros, cæteraq; huiuscemodi, ob Christũ ipsum reliquisset, ea ipsa cẽties multiplicata recipet, idq; (ut apte apud Marcum est) hac ipsa in uita. Quòd si de qualibet re (neq;.n. ppositum illi fuit singillatim oĩa enumerare) idẽ

et de gloria, quæ pluris q̃ reliqua oĩa ab hoĩbus fit, est ꝑculdu bio sentiendũ. Et ꝑfectò, ei qui christianã pħiam profiteatur, quid nõ est plenũ gloriæ? qñ in ipso ecclesiæ ortu, quo tpe ho mini christiano nihil præter dãna, et ꝑsequutiões, et mortem esset expectandũ, præcipuæ cuiusdã gloriæ genus, ꝓ Christo affici ignominia existimabatur. Ibant. n. inquit, Apłi gauden tes à cõspectu cõcilij, q̃ digni habiti essent ꝓ nomine Iesu con tumeliã pati. Flagris fuisse cæsos, hoc dignitatẽ appellabant. Et illud Iacobi, uerè paradoxum. Oẽ gaudiũ existimatæ, frẽs, cũ in uarias tentatiões incideritis. Nõ fuerat cõtentus id gau dium appellare, sed eius esse generis uoluit, qđ oĩa simul gau dia cõplecteretur. Cogitabãt. n. quãtum esset dari hominum generi illius unigeniti Dei beneficiũ, cui aliquid aliquo pacto rependere omnẽ hoĩum gloriã superaret. Quare ausus olim fuit uir quidã è nostris, et sãctiß. et eloquẽtißimus dicere, se, si ei optio ꝓponeretur, malle ꝓ Christo esse uinctũ, q̃ Angelum fieri, aut unum quẽpiã è cœlestibus illis mẽtibus, Magisq; glo riosum opinari se, catenas pro Christo circũferre, q̃ in cœlo degere. O nõ minus admirandã q̃ fœlicẽ pħiam tuã Seruator Christe. Quæ unq̃ tãtæ liberalitati referri poterunt gratiæ? qua effectũ sit, ut ꝓ te suscepta ignominia maximæ cuiq; glĩæ ãncellat. Et satis quidẽ ista tã glĩosa malorũ ꝑpeßio illis fuis set, ad illã gloriã, quæ haberi sub hoc sole põt, et tñ ipsi Chri sti sectatores, atq; in primis Apłi eam gloriã cõsequuti sunt, quæ uix cœlo capi posse uideatur. Quanti est. n. sola hominis umbra morbos expelli? Quãti est diuinos honores, qđ Paulo accidit ac Barnabæ, si uoluissent assequi ꝓfuisse? At nunc ẽt à mille quingẽtis, et eò amplius annis, quãta & ipsis, penè dicã, angelis inuidẽda per orbẽ oĩum terrarũ fruuntur gloria? Vt si oẽs regum omniũ, qui unq̃ fuere, honores cõiũxerimus, eos quibus istorũ, uel exigui unius corporis, reliqui pulueres affi-

ciuntur, æquare nullo mō poßint, quos multis ante sæculis diuino admonēte spū propheta cōtēplatus aiebat. Mihi uerò uehemēter honorati sunt amici tui Deus, uehemēter corroboratus est principatus eorū. Quorū itē ingentē numerū admiratus adiecit. Dinumerabo eos, et sup arenā multiplicabūtur ne uidelicet opinor, metueremus, fore, ut si res ad exiguā admodū copiā redigeretur, in eū nos numerū minime essemus recipiendi. Magna hæc profectò, Patres conscripti, ac multò maxima sunt, quæ si intimis, quēadmodū esset æquū, sensibus perciperemus, lōge maiore studio in hāc cœlestē philosophiā incūberemus, quæ nō solū futura illa atq; immortalia nobis bona cōciliat, uerum ēt huius uitæ, qđ ignorari à multis sanè doleo, splendorē, tranquillitatē, copiā multò locupletius, q̄ reliqua studia omnia subministrat. Qua in re, cū summā eorū, quæ nunc aguntur, uersari uideā, ut reliquā oēm nubē, quæ circūfusa adhuc aliquātulū nostris oculis esse posset, prorsus auferamus, libet ppius ēt cōferre pedē, ut tanq̄ duarū uiarum cōparatiōe dijudicemus utra alteri sit anteferēda. Accipiamus ergo quēpiā ex illo hoīum genere, qđ nimis latè patere ēt inter christianos uereor, qui splendorē, fœlicitatē, iucūditatēq; uitæ, diuitijs, copijs, impio, ac corporis delitijs metiūtur, atq; hūc ipsum cū eo uiro, qui hæc à Seruatore Christo mōstrata uia ingrediatur, cōferamus: et utra horū uita, iucūdius, fœliciusq; ac gloriosius agatur, pspiciamus. Sit aliquis qui uirib⁹ ac studijs suis imperiū in q̄plurimos sit assequutus, atq; adeò magnā orbis terræ partē quibuscunq; potuerit artibus occupauerit, quid tandē, obsecro, (quatenus ad imperij spectat dignitatē) splendoris et gloriæ adipiscetur? Nā primum quidē nemo hunc sapiens, et qui uel tenuiter uti rōne didicerit, hoc nomine beatum iudicabit, neq; ulla eū frui ueræ gloriæ parte patietur, si uera ea esse uolumus, quæ supiori oratiōe solidis-

ſsimis uiſa ſunt niti fundamētis. Relinquetur ergo ut à ſolo imperitæ multitudinis iudicio, et erroris opinione pendeat, beatūq; ſe ac glorioſum quaſi ſoniet. Quod unū, pfectò extremæ infœlicitatis eſſe atq; ignominiæ, ego quidē et optimus quiſq; opinor, mecum exiſtimabit. Deinde umbratilis hæc et qualis ea cūq; ſit gloria, quā pudet ēt hac appellatione dignari, exiguis hiſce terminis, quibus illius uita tanq̄ cācellis circūſcribetur. Nā ij ſunt quorum et uitā et finē eleganter ,ppheta deſcribens. Vidi, inquit, impium ſupereminentē et excelſum effectum, ſicut cedros libani, et ptranſiui, et ecce nō erat: quæſiui eum, et nō eſt inuētus locus eius. Et alibi. Perijt memoria eorum cū ſonitu. Quātum uerò ab huiuſcemodi hominibus ſit ſperandū, pulchrè olim à ſapiente quodā uiro deſcriptū fuit. Sic.n.ait. Spes impij tanq̄ lanugo eſt, quæ à uento tollitur: & tanq̄ ſpuma gracilis quæ à procella diſpergitur, et uelut fumus, qui à uento diffuſus eſt: et ſicut memoria hoſpitis unius diei ptereuntis. ſanè q̄ appoſitè et elegāter et ſapienter à leuiſsimis rebus minimeq; cōſtātibus, huic uanitati adhibita ſimilitudo ē? Quāto uerò id gloriæ ſomnium malorū obſeſsione fiat anguſtius, opæptiū eſt cōſyderare. Quotidianæ hunc curarū procellæ ſolicitāt, moleſtiarū plenæ uigiliæ, ſōni ſemp malè tuti, ſecuri nunq̄. Neq;.n.fieri pōt qui ſuis omnia cōmodis metiatur, nihilq; in ſe repiat, qđ hominū inuitare erga ſe charitatē poſsit, illā quæ ſeruādæ erga proximum queq; fidei fons eſſe et origo ſolet, is trāquillo unq̄ animo uitæ ſalutē cōmittere alijs audeat, quibus tñ carere, ut qui pluribus egeat, q̄ priuati homines, nunq̄ pōt. At quis hoc nō ſolùm beatè ac glorioſè uiuere, uerum ēt tantum uiuere appellauerit, cū illis ſemp eſſe cogi, quorum inſidias ſemp ac dolos formidare neceſſe ſit? Quæ res ēt id efficit ut nulla unq̄ libera iucunditate, nulla pura uel animi uel corporis uoluptate frui poſsint? Ma

ximis præterea bonis,quæ haberi in hac uita possunt, ij ferè destituuntur. Quid.n.magis optãdum pace? At ijs tunc ẽt cũ pacatæ res uidẽtur, de bello sæpius est cogitãdũ, et ꝑ suas terras tanq̃ per hostilẽ regionẽ plerunq; gradiuntur. Quid itẽ est iucundius amicitia, sine cuius fructu ne uiuenda quidẽ uita esse iudicatur? At ijs quo frui pacto amicitia licet, cum ab ipsis in primis strui cõtra se insidias sciãt, qui se maxime amicos simulãt? Vt interdum in domum suã, et frẽs & filios ipsos sæuiãt, à quibus si nõ diliguntur, qui ui naturæ ad id faciẽdũ cõpelli debuissent, à quibusnã alijs hoc diligendi munus erit illis præterea expectãdum? Quid ẽt magis expetendũ est q̃ bonorum uirorũ ac sapiẽtum et fortium uti cõsuetudine? Sed ij hos præcipuè metuũt, uidelicet bonos, ne sibi præferãtur, sapiẽtes, ne insidiẽtur, fortes, ne audeãt. Quare relinqtur ut improborũ potius ac nebulonũ cõmercia amplexẽtur, eosq; magis fidos arbitrẽtur, ꝑꝑea q̧ huius gñis hoĩes potẽtũ fauore atq; auxilio niti necesse sit, alioq uel ipsarũ legũ iudicio dispẽdos. Deficeret me dies, P̃res cõscripti, si miserę istorũ et in gloriæ potius q̃ gloriosæ uitæ sigillatim mala persequi uellẽ. Quare obsecro uos, ut ijs cõtenti, quæ gñatim facta leuiter sunt, cætera quæ exiguo negocio succurrẽt, uosmetipsi aĩo ꝑuestigetis. Ille nũc mihi uir ꝑferendus in mediũ, q ea tantũ ingredi uia decreuerit, quæ sit à seruatore Christo introducta: hũc uerò tãtũ ab illo altero distare inueniemus quãtũ uel cælũ à terra (placẽt.n.à diuinis scriptis acceptæ similitudines) uel oriẽs ab occidẽte disterminẽtur. Primũ hic uerũ assequetur ac solidã gloriã, et quæ optimi cuiusq; testimonio beatissima prædicetur. Quæ ẽt (id qđ multo maximũ est, & oẽs pfectæ gloriæ asseqtur numeros) nõ ijs, quibus exigua hæc uita terminis cõprehẽdatur, sed ꝑpetuis sempiternis sæculis ꝓrogetur atq; perduret, Deinde hanc gloriæ ꝑpetuitatẽ ingens

mētis animiq; securitas comitatur. Docetur. n. hic à Prophe ta onus oē suū reijcere in Dñm, cui se curæ esse certò sciat. Cu ius securitatis pulchrā alibi idē Propheta facit significatio= nē, q in medijs psequētiū piculis, ubi se sopori dabat, cōtinuò obdormiscebat. In pace, inqens, eodē tpe sopori me dedā, & requiescā. Itaq; & dū mortalē hāc uitā uiuit sine ulla degit sollicitudine, si ēt fractus illabatur orbis, & mori lucrū arbi tratur. Quo qd esse fœlicius pōt, ut mortē, rē maxime oīum terrificā, & quā oīa animātia spōte naturæ auersantur et p= horrescūt, amet quispiā, & in bonorū loco cēseat esse cōsti= tuēdā? Hic priuatā magis uitā, si p alios id ei licuerit, minimis cōtentus amplexabitur, ueris interioris hoīs diuitijs atq; opi bus abūde locuples, in qbus noctes et dies uersari, id demū est uerè regiū, Sin præesse alijs cogetur, Deus bone, quē Solē ter ris pspicias illucescere? ut nō minora interdū, q̄ hic sol, hoīm generi bona afferre uideatur. In hūc oīu; oculi cōuertūtur: hūc suspiciūt? ad hūc tanq̄ ad terrenū quendā Deum se suaq; uota referunt: huius salutē suæ ipsius saluti qsq; cēset antefe= rendā. Quare tot habet stipatores corporisq; custodes, quot subiectos: dū oēs cōseruādæ illius uitæ inuigilāt, à qua sua cō moda, suā pacē, bona sua oīa intelligūt pficisci. Ab huius re= gno plurimū submota bella, pax huius fines trāquillissima oc cupat; odia, inuidiæq;, pcul relegata sunt. optimus quisq; huic beneuolētia & charitate cōiungitur. Improbi, si non amare pñt rē, à qua toto uitæ genere dissidēt, admirari certè et uel inuiti cogūtur cōquiescere. Quinā, obsecro, gloriæ (ut sic di cā) torrētes in hūc influūt? ut nomē eius terræ angustijs non cōtētū, uideatur usq; ad sydera cælūq; se recepisse. Huius rei exēplū euidēs Cōstātinus illæ magnus præbet, qui ppea qd' i= peratorū primus Crucē, signū hactenus ignominiæ plenū ho nestauit, Christūq; in eā pro salute hominū actū, Deū esse p=

fessus est, tantus euasit, quãtum neq; superiora añ illũ sæcula, neq; quæ post illũ sequuta ẽ, unq̃ habuere, ut extremi ẽt Indi spõte missis legatis egregijsq; muneribus, illius se regno tam fælici imperioq; subiecerint, oĩaq; & lõge ẽt plura, q̃ ea quæ nunc de christiani uiri gloria dicebamus, illi usu uenerint. Hæc quidẽ ps, Patres cõscripti, lõgiori egebat orõne, & in q̃ tanq; latiori in cãpo expatiaremur, ut bñ penitus nr̃is hæc ueritas animis infigeret, christianã uidelicet philosophiã solã beatũ gloriosũq; efficere, ac ipsa ẽt in uita hoĩem qualecũq; uiuendi genus quisq̃ cõtempletur. Veniendũ ẽt erat ad nr̃orũ dogmatũ splendorẽ & gloriã, uidendũq; collato (ut aiũt) pede, oĩa quæ sapientissime à summis gentium philosophis sunt excogitata, si cũ rerũ nr̃arũ magnitudine et copia cõferant, puerorũ magis lusibus, q̃ sapientum cogitatiõibus esse psimilia. Sed inuitat me tpis rõ, ut de orationis clausula potius, q̃ de pro̧gãda ipsa oratiõe cogitem. Quod ut fiat, repetamus aĩo, q̧d hactenus dicendo fuerimus assequuti, ut q̧d' deinceps dicẽdũ relinq̃tur, q̃ poterimus breuissime absoluam⁹. Demõstratũ iã uobis est tãtũ abeße ut seruator nr̃ Christus gloriã unq̃ suis uoluerit inuidere, ut solus ipse uerã ĩmortalemq; in orbẽ terrarũ introduxerit, & hominum generi p̧posuerit assequendã. Declaratũ est q̧bus ipse artibus uiã sibi ad illã muniuerit, hãc tñ unam ob cãm ut eandem uiã nobis, q ab ea q̃ lõgissime aberamus, cõmõstraret. Docuerunt nos diuina oracula quatenus Christo hoĩ in gloriæ cogitatiõe sit p̧gredien dũ: Vel, si malumus, quæcũq; hactenus dicta sunt, cõpendiosius cõmemorare mala ingentia, quæ ex ueri noĩs gloriæ ignoratione p̧ficiscuntur, positæ sunt añ oculos morbi causæ, inuentæ: remedia, q̧bus tollatur hic morbus adhibita: Video illud restare, nisi parum periti medici officio functi esse uolumus uideri, ut addamus documenta, quibus incolumitas hæc,

quæ tāti est, ut bona omnia secū sit habitura, ꝑpetua cōserue tur. Quòd si nō minoris est uel uirtutis uel utilitatis tueri ea quæ iā parauerimus, q̄ illa acq̄rere, cū alioqui caßus fuerit labor q̄ ijs parādis impēderetur, quæ cōtinuò, uel certè paulo post, essent amittenda, Multo maximo ꝑfecto huic postremæ parti studio est inuigilādū: qđ uos facturos perpetua hæc, qua usq; hactenus fuistis, attētio in me audiēdo, abundè pollicetur. Duo in primis sunt, Patres cōscripti, quæ nos à fluxa ista et fucata, et (ut sic dicā) meretricia gloria eiusq; appetitione auocarẽ poßint. Vnū, si q̄cq̄d hic cōparari glīæ pōt, cum illa glīa quæ nobis in æternitate promittitur, cōferamus. Alterū qđ mouere multo magis eū debet, qui ex animo Christi ꝑfitetur, si cogitemus q̄tum summo illi æterno Patri pro dati in salutē nostrā filij unigeniti munere debeamus, ut soli illius glīæ sit studendū, Sed qđ prius propositum est, cōsideremus. Quis nr̄m tā est appetens glīæ, ut plurimi faciēdum existimaret, si unius horæ atq; adeò iusti ēt diei spacio, regē in scena ageret; cui si præterea cōditio ꝓponeretur fore, ut si leuitate illa frui uellet, totum reliquæ uitæ tēpus maximis in miserijs et corpis cruciatibus degeret, hic profectò, nisi omnino insaniret, non scenā solùm refugeret, uerū ēt uerā diurni regni administrationē auersaret. Sic nimirū tota uitæ huius rō est, ut nihil à fabula, quæ in scena agebatur, distet, si eū æternitate cōferatur, et lōgißima hoīs ætas, illas bestiolas imitetur, quas apud Hippanim fluuiū nasci ferunt, quæ diē unum uiuāt, q̄rum eæ, quæ ad occidentē usq; solē uixissent, similes sint hoībus q̄ decrepiti moriātur. Cui rei si addas æterna ijs expectāda supplicia, q̄ regnādi appetitiōe flagrāt, et ꝑuigilem illū uermem, ac ꝑpetuò duraturos ignes, quibus semꝑ sint excruciādi, quis nō ēt à totius mundi imperio facile resiliat? Atq; id est qđ Seruator Christus salutis nostræ amātißimus admonebat. Quid ꝓdest,

ingens, homini, si uniuersũ mundũ lucret, animæ uerò suæ detrimẽtũ patiatur? et, Quã dabit homo cõmutationẽ (nimirũ ne ipsum qdẽ totius mundi regnum) pro aĩa sua? Quã ob rẽ? Filius.n. hoĩs uenturus est in g'lia p̃ris sui cum Angelis suis, et tunc reddet unicuiq; iuxta opa sua. Fingamus rursum esse hominẽ cui Italiæ regnum hodie sit decernendũ, qui ẽt admoneatur decẽ annorũ spacio regnum id illi duraturum: qđ si tãdiu expectare uellet, dum decẽnium hoc elaberetur, atq; intereà priuatus agere, fore posteà ut toti Europæ. 50. iustos ãnos imperaret, q̃ cẽsetis æquo hunc animo atq; alacri decẽ hos ãnos nõ in priuata solum, uerum ẽt tenui atq; angusta actur ũ uita, si hoc ad tãti regni possessionẽ cõducere existimauerit? Qui si forte aliqua, puerili quadam appetitiõe exigui huius spacij morã nõ ferẽs, inferius ac breuius regnum alteri lõge maiori ac diuturniori præferre mallet, oẽs illum despiẽtiæ atq; insaniæ facile condẽnarent. Et tñ multos in christiano regno (qđ multo maximũ profectò huic p̃hiç affert dedecus) cõperimus tã miserè despiẽtes, tãq; ingenti cura suo dãno, ut nõ angustũ tẽpus ãpliori, sed tẽpus æternitati, et exiguã puncti unius partẽ (qñ terra tota ad mundũ uniuersum puncti instar est) cœlo nõ dubitẽt anteferre. Quid hoc, obsecro, stultitiæ est? hæccine siccorum et sanorum uisa, et nõ potius uinolẽtorũ et furiosorum deliria sunt? Quid est pueros esse sensibus, si hoc non est? Quod ne usu nobis ueniat multo añ à Paulo fuimus admoniti. Quid aũt tã est puerile, q̃ ludo potius q̃ rebus serijs delectari? At uerò cum ludus ac iocus sit, toti ẽt orbi terrarũ exiguo hoc uitæ momẽto imperare, si oculos ad æternitatẽ, et immẽsa illa cœli spacia referamus, Cur semp esse pueri malumus, q̃ tandem aliqñ uiriles induere cogitatiões? Scimus hanc uitã si cum illa cõferatur, esse (ẽt ethnicorum testimonio) mortẽ: diuitias oẽs, quæ hic haberi usq̃ possunt, summã inopiã: bono-

res ac dignitates, quis maximas, lusibus (ut dicebamus) esse q̃ simillimas: delectatiões quātascunq; præ illa ebrietate, ac torrētibus uoluptatis (libet.n. mirum hunc dicendi modum, quo usus est propheta de eadē re uerba faciens, cōmemorare) qui in illa rerū copia promittunt, dolores esse ac molestias quasdā: corporis speciē q̃'ibet elegātem et absolutā, esse deformitatē præ illa forma, quū fulgebunt iusti sicut sol in regno Patris sui. O uere uanos filios hoīm ac stolidos ēt. Hæc scimus, inquā, & circūferimus, & prædicamus, & tā frigide tn̄, aut tā nihil potius, attollimus capita, quēadmodū Seruator præcipiebat, & ad illā suspicimus beatā nostrā uerāq; libertatē, bonorūq; oīum copiā inexhaustā. Digni q̄bus sapiētis. Salomon uerba illa idētidē obijciat, quū inertes increpabat. Quo usq;, inquiēs, piger dormis? qn̄ cōsurges de sōno tuo? Ad hāc tpis & æternitatis rōnē, & ad gloriæ inanis fugam ptinent mala atq; aduersa, q̄ si in hac uitæ umbra æquo aīo feramus, et immortalē nobis fœlicitatē cōciliāt. & ppetuas illas, ac sola cogitatione terrificas arcēt pœnas. Iccirco cēsebat Paulus nō esse pares afflictiões huius tpis ad gloriā quæ in nos ē reuelāda. Alibi quoq; diuinū in modū eloq̄ē conatus, quātæ sint futurorū bonorū diuitiæ, & q̄ exigua re cōparētur, ea, inq̄t, quæ in p̄nti momētanea ē leuitas afflictiōis nostræ supra modū in sublimitate æternū gloriæ pōdus parit nobis. Quo id tādē pacto? Nō cōtēplātibus nob̄ quæ uidētur, sed quæ nō uīr. Quæ.n. uidētur, tparia sunt, quæ uerò nō uīr, æterna. Scimus.n. nā magni qdā sunt opinatores Philosophi. At nos non nitimur opinionibus. Quare scimus q̄ si terrestris domus nostra huius tabernaculi dissoluatur, ædificationē ex Deo habemus, domum nō manufactā æternam in cælis. Videte, quæso, Patres cōscripti, stupidas hominū mentes, q̄ ob tenues, nulliusq; momēti facultates, quibus in hac scena frui possint, uel

honores, uel uoluptates, ingētia et picula & dāna subire nō dubitāt: tanta uerò in re, et quæ una esset æstimāda, tā sunt supini, ut nō cogitēt quātā gl'iam exigua, quā hic pro Christo pati uelint, ignominia, et umbratilis huius gl'iæ fuga afferat. Si ambire terrenū quippiā et mortale in aīo est uilissimis interdū mancipijs subijci, ut uoti simus cōpotes, nō recusamus. Tāta uerò acqrendi cœli, atq; æterni, et immēsi regni ābitiōe ꝓposita, ne saluberrimis quidē honestissimisq; Christi cōsilijs, qbus ista parātur, uolumus acqescere. Cogitate illud ēt mecum, quo pacto christianū pectus affectū esse debeat, cui diuini ēt in hac uita honores, generosè sint reijciēdi, nō hūani solū. Id qd' una hæc nr̄a p̄hia assequi mihi uī posse, neq; usq̄ tale qppiā apud alios præclarū facinus legas, quale à nr̄is patratū olim fuit, quū (ut nostis) Paulus comitē hn̄s Barnabā, quendā curasset, qui ex utero matris ita affectis pedibus ꝓdierat, ut nūq̄ ijs uti gradiēdo potuisset. Tūc.n. sublata uoce turbæ clamarunt. Dij sīles facti hoībus descēderūt ad nos. Et uocabāt Barnabā, Iouē: Paulū uerò, Mercuriū, q̄ uerbi dux esset. Sacerdos quoq; Iouis, qui erat aū ciuitatē, tauros et coronas aū ianuas afferēs, cū populis uolebat sacrificare. Quid in tā magnificis, et soli diuinitati cōsētaneis honoribus fecisset is quē cēsent, ut opinionē diuinitatis assequeretur in ætnæos ignes se dedisse præcipitē, ac demū ferrea crepida fuisse ꝓditū? At nostri ne id fieret solliciti, cōscissis ēt tunicis suis, insilluerunt in turbā clamātes et dicētes. Viri quid hæc facitis? et nos mortales sumus sīles uobis hoīes: cæteraq; quæ nō minus uobis q̄ mihi nota sūt. Verè cœlestē p̄hiam, cui nulla unq̄ par neq; fuit, neq; esse poterit, cui muneri ut aliqua ex parte grati simus, quid nobis nō est elaborandū? A qua didicimus (iā.n. ad alterā partē è duabus ꝓpositis est ueniendū) quantæ simus cœlesti illi Patri curæ, q̄tūcunq; seruando generi nostro sua stultitia

pdito, studium impẽderit. Sic.n. Deus dilexit mundũ ut filiũ (ò rẽ humanæ imbecillitati, nisi fortissima haberemus firmissimaq; testimonia, atq; humilitati nõ credendã) suum unigenitũ daret, ut oĩs qui credit in eũ, nõ pereat, sed hẽat uitã æternã. Qui ergo ꝓprio filio suo nõ pepercit, sed pro nobis oĩbus tradidit illũ; quo pacto non cũ illo simul ẽt est oĩa donaturus? Et nos possumus, atq; adeò audemus humiliora tã ingẽti munere cogitare? Ob hanc itẽ cãm peracto illo magnifico redẽptionis nr̃æ mysterio eundẽ Filium Pr̃ excitauit à mortuis, et sedere fecit ad dexterã suã in cœlestibus supra oẽm principatũ, et ptãtem, et uirtutẽ, et dñationẽ, et oẽ nomen qd' nominat nõ solũ in hoc sæculo, sed ẽt in futuro, ut suspiceremus celsitudinẽ, in qua iam ꝑ eundẽ Christũ nẽpe os ex ossibus nostris, et carnẽ de carne nostra, fuimus collocati. Nã cum illo quasi primitijs quibusdã, ut alibi admonet Paulus, opinari debemus nos fuisse ad uitã excitatos, et sedere in cœlestibus ꝑ Iesum Christũ. Quare mortuos nos esse idẽ docet, et uitã nr̃am abscõditã esse cũ Christo in Deo, Atq; iccirco, Si cõsurrexistis, inquit, cũ Christo, supna illa tãtũ quærite, ubi Christus est in dextra Dei sedẽs: supera curate, nõ quæ sup terrã. Has diuitias gl'iæ q cogitauerit, et mẽti atq; animo benè penitus infixerit, fieri nõ põt, ut gloriã q̃uis maximã, quæ haberi in hac uita poßit, nõ sub pedibus hẽat ac ꝓ nibilo putet. Et Prophetæ clamor ille, qui iccircò clamare iussus est ob surdas, ad ista præsertim, hoĩm aures, in eorũ insonet sensibus, ubi ait. Vox dicẽtis. Clama. Et dixit, Quid clamabo? Oĩs caro fœnũ, et oĩs gl'ia eius quasi flos agri: fœnũ exaruit, et decidit flos. Nõ potuit appositiori siĩlitudine rẽ effingere, q̃ ut oẽm humanã gloriã floribus & gramini cõpararet, quæ hodie (ut Seruator dixit) in agro sunt, et cras in clibanũ mittũtur. Data est nobis ptãs ut filij Dei efficiamur, Tã profusa est in nos cœlestis Patris libe


ralitas ut hēre nos filios amet. Tāto nos curat studio ut capil
los ēt (mirā solicitudinē; nec unq̄ a quoq̄ parente ne somniatā
quidē) numerauerit, e qbus ne unum quidē amittendū esse pol
licitus est. Et nōs posthac uel humiliora ulla cogitabimus, uel
nō totos nos puidentißimæ illius curæ regēdos relinquemus?
Multa sūt à me, Pr̄es cōscripti, necessario prætermittēda, ut
finē aliqñ dicendi faciā; ne uestra q tanto silentio iādudū audi
tis, abuti uidear patiētia, quæ audiēdi attētio spē mihi ingen-
tē facit sequuturæ ex mea hac dictiōe utilitatis. Cernitis. n. si
terrenæ carnalisq; (ut Pauli utar uerbo) gloriæ libido tantis
in negocijs dn̄etur, fore ut quantò res præstātiores maiorisq;
sunt pōderis, tanto pniciosiora dāna christianū orbē sint inua
sura. Nā in sententijs ferendis, hac animos nostros obsidēte, si
ue ea ad fidei dogmata, siue ad morū ac uitæ usum ptineant,
nunq̄ uel inqrendæ ueritatis, uel cōis utilitatis habebitur rō,
tātumq; id dabimus operā ut sentētijs simus supiores. Quod
quid erit aliud q̄ deteriori nostras res, q̄ nūc sunt, in statu col
locare, et grauiora dāna introducere? Cōtra uerò si omni pri
uati honoris aut cōmodi cupiditate expoliati, id tantū nobis
pposuerimus, ut ea dūtaxat, quæramus, qbus oīpotētis Dei et
Christi eius gl'ia ppagetur, et sanctæ ipsius ecclesiæ cōmodis
usibusq; pspiciatur, Intelligitis et oīa, quorū gratia in hāc ur
bē p spūmsanctū fuimus cōgregati, finē habitura fortunatissi
mū, et nos ipsos hoc ipso noīe, q nihil priuatæ rōnis aut emo
lumēti expetiueritis: immortalē gloriā, atq; adeò diuinos ho
nores sequuturis oībus sæculis apud oēs oīum gentium pplos
esse cōsequuturos. Quibus rebus quid uestrū quispiā, aut po-
tius quisq̄ hominū maius, aut honestius optare unq̄ poterit?
Cum itaq; ea sit rerum pn̄tium cōditio ut cum Christi gl'ia
uestra ēt cōiuncta sit, et cū illius neglectu, uos quoq; ignomi
nia cōsequatur sempiterna, inuigilādum die, noctuq; uobis est.

Pres conscripti, cogitandũq; assiduè quãta sit huius susceptæ pvinciæ magnitudo: Renouãda uobis est terræ facies, et christiana res dudũ plapsa, ac nisi mature succurrat, spũm q exiguus ei reliquus est, exhalatura, pponitur instaurãda ecclia, illo prætioso filij Dei sanguine cõparata, Lãguet miseraq; uobis ad pedes iacet, à uertice usq; ad imos pedes sæuis confossa uulneribus, uestris sese offert aspectibus opẽ flagitãs, et p illũ obtestãs, qui tãti nos fecit, ut ipse se pro salute nr̃a æterno Patri obtulerit sacrificiũ, qui ẽt uos idcircò pastores constituit, ut dißipatũ atq; errantẽ gregem colligeretis: qđ fractũ esset, cõsolidaretis: egrotũ sanaretis, debile corroboraretis: breuiter oĩa quæ pastorẽ decent, præstaretis officia. Oẽs pvinciæ, oĩa regna, totus deniq; christianus orbis, ora, oculos, aures in uos cõuersas hñt: malorum, quæ tã diu eos oppreßere, finẽ à ur̃a cura, studio, pietate, nunc q̃maxime expectãtes. Qui nisi pares saltẽ, et qui tantã oĩum expectationem æquent, conatus adhibueritis (Sed ualeãt malè ominata uerba) neq;. n. psuadere mihi ipse possum tã præstãtes uiros, et ecclesiæ Christi lumina, cõmissura, ut unde lux in oẽs terras ita sit ppaganda, ut Turcæ ẽt ac Gentes, quæ hactenus à nr̃is dogmatibus fuere disiunctæ, huius expertas splendoris, minime sint futuræ, ab ijs grauiores, q̃ anteà fuerãt, orbi terrarũ tenebræ offundãtur, et tã candidas mẽtes, tãq; pclara ingenia tolerãtura, ut huius immortalis gl'iæ, quæ eos nõ in ista solũ, uerum in futura ẽt uita comitabitur, podus, ac magnitudo elabatur è manibus, ut ppetua ignominia obrui, q̃ sempiternis apud Deũ et hoĩes honoribus malint cõdecorari. Qui honores quãti uos adhuc uiuẽtes maneãt, si scire uultis, reuocate uobis in memoriã illum diẽ, cum quidã ex hic primatibus nr̃is egregiũ illud facinus, qđ nõ facile ex animis hominũ excidet, tãtũmodo tentauerũt, et solã prõpti animi fecere significationẽ, ut se uidelicet, si id

in xpianæ rei cõmodum cederet, episcopatũ abdicarẽt, quo hi plausu à uobis excepti sunt? quãta ẽt absentes admiratiõe affecerunt? ut Vrbs ipsa Roma penè sit stupore perterrefacta. Quid futurũ cẽsetis cum ea, quæ tãtũ mente et cogitatiõe ac uerbis tractata fuerunt in actũ prodierint, & factorũ uirorũ fructũ sa'utarẽ, populi christiani cœperint gustare? Cũ uestra prudẽtia factũ erit, ut ij cultores, quorũ negligẽtia christianũ regnum ita squallidũ, ita in illius agri morẽ pigri hoĩs quẽ describit Salomon, urticis repletũ ac spinis obsitũ redditũ est, sua rursum industria ecclesiã excolãt ac fœcũda noualia præparẽt. Pastores gregẽ suũ tãdiu neglectũ ac oberrãtẽ, curent, reducant in caulas, saluberrimis pascuis cõsuefaciãt, uigescentẽ sublata macie, et ex sterili fœcundũ faciant. Cũ uestra auctoritate, principes qui hactenus intestinis odijs ac mutua cæde nimis rabidè, et plusq̃ ciuilibus bellis tot ãnos inter se decertauerũt, pacati intelligẽt alia sibi posthac uia esse ingrediendũ; se tanq̃ patres, pastoresq; populorũ fuisse à Deo cõstitutos, decereq; se, sibi subiectos, ueluti oues, pascere non deglubere. Cõmuni trãqllitati ac paci in primis studere, quãta possunt ope subiectorũ cõmodis inseruire, proq; eorũ salute suã ipsorũ, si opus fuerit, ẽt uitã ꝓfundere. Cũ uestris monitis atq; institutis oĩs ordo et sacer et ꝓphanus suo quisq; officij munere fungi nõ recusabit, cũ sublatis rapinis, scortationibus, adulterijs, obstructis blasphemarũ linguarũ sepulchris illis patẽtibus, cõtraria ijs oĩa introducẽtur, christianiq; agnoscẽtur nõ solo, ut nunc usu uenit, noĩe, sed factis ipsis, esse qđ ꝓfitẽtur. Et Christus caput ipsum nostrũ qđ uitiorũ peccatorũq; nostrorũ spinis miserandũ in modũ nunc cõfossum ac cruẽtatũ cernimus, demũ in diademate cõspiciẽt ac gl'ia quæ illũ decet. Et quẽadmodũ nunc apud gẽtes nr̃is scelerate factis malè audit, effuso rectè factorũ odore oẽs intelligẽt non esse

aliud nomen sub cœlo, p qđ salutē hoīum genus cōseq possit. Qualis tūc erit orbis terræ facies? q illustri specie? Tūc cœlū nouū, ac nouā terrā uidebimur cōtēplari, Et qđ in fine pmittitur nos bituros, fore uc3 ut luna solis splēdorē æquet, et sol ipse septies aucto lumīe fulgeat, hoc ipso tpe repñtari. Quænā, obsecro, Pres cōscripti, pectus nrm (cupio.n. & ipse tātæ lætitiæ eē pticeps) gaudia ptētabūt, q sola horū bonorū cōmemoratiōe præ gaudio illacrymamus? O uos ter btōs, et āpli⁹, tātæ fœlicitatis futuros auctores, O urās gloriā ipsi ēt (ut nescio qđ pferā iuuenile) gloriæ inuidēdā? Beatū illū Pō. Max. cuius auspicijs tot sæculis ignota mūdo bona ī orbē terrarū introducētur. Proxime uerò uos q eius noīe in hoc sctīssimo cōuētu præsidetis uiri præstātissimi, quos ne singulos cōmemorē meus mihi pudor obstat, ne uestris auríb⁹ dare aliqd uidear uoluisse. Et te Tridētine princeps multò btīssimū, cuius nomē tū ob præclaras uirtutes tuas, tū hoc ipso Tridētini Cōcilij noīe ppetuis sæculis est duraturū: fortunatā, īe principe urbē tuā, cui mihi uī id cōtigisse qđ Propheta de Ierusalē olī cecinit. Mōtes, ingens, in circuitu eius, et Dñs in circuitu populi sui. Cātabūt Tridētini mōtes gloriā, q earū urbiū gloriā pene est obscuratura, in qbus celeberrima illa fuere cōcilia celebrata. Iungeī Tridentū Niceæ, nouæ Romæ, Ephe so, Chalcedoni, et exigua urbs splēdori urbiū maximarū æquabitur. At īprimis te nō minima, Carole qnte Impator maxīe, huius gloriæ ps expectat, quē cū multa egregiē fcā hactenus honestauerint, nullū tñ q̄uis præclarū opus, parē huic tibi splēdorē ē pariturū, si te curāte ac ptegēte Tridētinū Cōcilīū suos oēs nūeros hēat: qñ eodē pacto magna illa & toti orbi salutifera cōcilia, Cōstātinis, Theodosijs, Martianis impatoribus maximis innixa, hanc principē ob cām illos reddidere gliosos, q eorū fide ac pietate ecclesia Christi sublatis erroríb⁹, suo deco

ri ac pietati fuit restituta. Hoc tibi nō btās solū illas cœli se=
des cōciliabit, sed reliquā ēt orbis terræ ptē loca præsertim il
la, ubi fidei nr̄æ cunabula et prīa incremēta uiguerūt, q̄ nūc à
christiani noīs hostib' in nr̄m ingēs pbrū occupātur, fælicib'
auspicijs subiugabit. Hoc uerè te Romanū, q eius urbis gl'iā
& Petri sedē, ppagata in Christū fide auxeris Impatorē de=
clarabit. Tu uerò Seruator Christe sine cuius numine cona=
tus ac uires oēs nr̄æ imbecilles atq; adeò nihil sunt, q uirtus es
oīum, nēpe Dei uirtus Deiq; sapiētia, q tantā dedisti erga ec
clesiā tuā charitatis significationē, quanta fieri maxima unq̄
pōt. Te.n. teste, maiorē nemo præ se ferre pōt, q̄ut quis aīa;
p amatis ponat, Perge qđ reliquū est obsecramus, neq; nos tā
angustis in rebus, tāq; afflictis, peccatores qdem et ingratos
ac tua īdignos grā, sed amatos tn̄, auerseris, neq; quēadmodū
nos sumus meriti nobiscū age. Sed qđ tuæ cōsentaneū benigni
tati ē, potius cogita. Recordare.n. qd acciderit nob. Intuere
& respice opprobriū nr̄m; hæreditas nr̄a uersa ē ad alienos;
Pupilli facti sumus absq; patre: mater nostra quasi uidua. Et
nūc q̄maxime miserandi tps est. Quare inspira rectā mentē,
& fortes animos hisce Patrib' sub tuo noīe cōgregatis; Red
de pacatos tui imperij principes, ut instaurādæ Ecclesiæ tuæ
toti incūbant. Effunde super nos aquā mundā, ut à sordibus
mundemur nostris omnibus. Aufer cor lapideū de carne no
stra: & da nobis cor carneum, & spiritū nouum pone
in medio nostri, ut simus tandem aliqñ populus
tuus: Et tu nobis Deus, ad tuam Patrisq;
ac Sancti Spiritus, cum quibus ea=
dem tibi diuinitas est, glo=
riam sempiternam.
Amen.


BIBLIOTECA NAZ.
ROMA
VITTORIO EMANUELE